

PSELLI DE

VICTVS RATIONE AD

Constantinum Imperato-
rem libri II.

Rhazæ, cognomento Experi-
mentatoris, de Pestis
lencia liber.

Georgio Valla Placentino interprete.

Ioannis Manardi Ferrariensis Medici,
in Artem Galeni medicinalem
luculenta expositio.

ANDREAS LEENNIUS,

Michaëli Stud S. D.



Visquis prudens est, sanitatem plurimi semper faciendam præ cunctis, Michaël eruditissime, sibi persuasus habet: ὅτι οὐδ' ἐγώ, ut inquit Hippocrates, ὄφελ' ἔσιμ', οὔτε χημάτων, οὔτε σώματ' ἔσιμ', οὔτε τῶν ἄλλων οὔδε νόσ, ἄτερ φθι ὑγιείης. Illam uero ut referas uel la-
 befactatam, aut secundio-rem adeptus pro uiribus tue-
 aris, in primis usui fuerit eius præcipue medicinæ par-
 tis studio teneri quæ à Græcis Διοσκουριδική, à nostris
 Victus ratio, nomen est sortita. Proderit enim ea ma-
 xime sola omnibus corporis statibus, uel prospera
 usis ualetudine, uel à naturæ modo digressis, cum re-
 liquæ Medicinæ hæreses aliqua ex parte mancæ mu-
 tilæq; liquidò deprehendantur, nõ raro ἔ pernicio-
 se. Hæc autem sola, ἔ iugata reliquis, ut nulla in usi-
 bus quotidianis magis est obuia, ita maximo adiuuen-
 to in re sanitatis futura sui studiosis. Quippe cū omni-
 bus mortalibus proportio sit humorum à natura tri-
 buta, qua rite seruata corpus sine noxa uiribus pol-
 leat necesse est. Ametria uero iustò plus aucta, aut ul-
 tra citraq; nequit consistere sanum. Rem se hoc pa-
 sto habere liquidò constabit, si rationem inieris quod

ANDREAE LEENII EPIS.

τὸ δὲ σῶμα τῷ ἀνθρώπῳ ἔχει ἐν ἑωυτῷ αἷμα, φλέγμα, καὶ χολὰν διττὰν, ἡγουωζανθίω τε καὶ μέλαιναρ. καὶ ταῦτ' ὄσιμ' αὐτῷ ἢ φύσει τῷ σῶματι, καὶ διὰ ταῦτα ἀλγεία καὶ ὑγιαίνα. Ἰγιαίνα μὲν οὖν μάλιστα, ὀκόταρ μετρίως ἔχει ταῦτα φθ' πρὸς ἀλλήλα κρήσιος καὶ διηέμιθ, καὶ τῷ πλύθεος, καὶ μάλιστα ἢρ μεμιγμένα ἢ. ἀλγεία δὲ, ὀκόταρ τὶ τοῦτῶν ἔλασσον ἢ πλεῖον ἔι. *Hanc humorum equabilitatem corporibus ad sanitatem necessariam, nulla adeo è re uel la conseruabimus atq; ex ciborū decenti qualitate et quantitate. Siquidem δυνάμεις τροφῆς ἀφικνέετη καὶ ἐς ὀσέον καὶ πᾶντα τὰ μέρη αὐτῶ, καὶ ἐς νεῦρον. καὶ ἐς φλέβα, καὶ ἐς ἀρτηρίω. καὶ τὰ ἐν τοσδίδια, καὶ πᾶντα τὰ μέρη αὐτῶν. Quoniā uero de uictus ratione scribere quidem perfecte adeo in procliui non est, multa enim prohibent. Primū nature hominū inter se differentes, quæ sibi et alijs cōparate, modo magis modo minus siccae uel humidae, frigidae aut calidae sunt. Postea ætates, quæ eadē usui non sunt. ἔτι ἢ καὶ τῶν χωρίων αἰθέσις, καὶ τῶν πνευμάτων αἰ μεταβολαί, ut inquit Hippocrates. Præterea plurima ipsorum cibariorum inter sese differentia. Tum eiusdem generis quoq; effectus diuersi, et uarians potestas. Triticum enim longè uisibus pro cœli qualitate et altrice terra, cum tritico*

ANDREAE LEENII AD

disidet. Atq; uinū aliud aliò potentius, aut imbecil-
lius alibi editur. Cæteraq; omnia serè per quæ uiui-
tur, non conueniunt. Quo fit ut rei magnitudine &
difficultate ueteres deterriti, de uictus ratione, quo-
rum fama ad nos manarit, nihil penè scripto prodide-
rint, sed hanc partem haudquaquam cõtemnendam,
præterijisse uidentur, quamuis morborum singulorū
uarios modos, eorumq; differentias non ignorarent.
Omnibus serè omnium medicorum libris, quemadmo-
dum antea dixeramus, simplicium, ut uocant, tracta-
tio inseritur: sed in quibusdā adeò sparsim & ieiune,
ut præter inanem operam ditior inde nō abeas. Quæ
nos mouit ratio, instituti memores, professionis nos-
stræ munus arbitrabar, optimos autores quibus uber-
rime fruebamur Itala terra, nunc redditi Germaniæ
nostræ parenti communicare. Proinde typis Cratans-
di uiri cum primis nobis amici, & studiorum usibus
nati, Psellum de Victus ratione nostro orbi exhibui-
mus publicandum: rati futurum non mediocri auxilio
præsertim ijs qui salutis hominū tuendæ prouinciam
subiere. Tu uero Michaël charissime apud omnes sa-
nitatis studiosos gratiam non paruam inibis, qui ami-
co et tibi summa necessitudine deuincto talia designan-
di occasionem præbueris. Quippe hoc meretur tuum
erga me studiū, & quæ ab incunabilis nobiscum ado-
leuit co.usuetudo, ut quod hic insumpsimus laboris.

tibi

tibi dedicaremus. Hisce Epidemiarum ἀλεξιφάγοι
 μακροῦ auctarij uice addidimus Rhazæ insignis et
 apud Arabes medici. Adiunximus autem non tam hoc
 nomine quod hic autor apud medicos clarus, Experi
 mentatoris cognomen præter cæteros est adeptus,
 quàm ut aduersus huius mali uehementiam plures in
 structiores et munitiores redderem. Vterq; enim no
 strum probe nouit quàm hæc lues atrox annis superio
 ribus in communem nostram patriam grassata, et ua
 starit agros, et populata est ciuibus urbes: dum tu
 cognatis et necessarijs, ego autem absens charissimo
 orbarer parente. Huiusce Rhazæ præsidij obfirma
 ti dabimus nos posthac operam ut hoc semel inito ami
 ciciæ nexu diutius frui liceat. Quod si medicinæ hoc
 temporis studiosi, hunc librum sibi comitem et fami
 liarem amplexabuntur, in Artem Galeni medicina
 lem ex Ioannis Manardi Ferrariensis, præceptoris
 olim nostri, addito commentariolo sibi uiam præstru
 ent, ne in eius libri principio, quod ad eò multis usuue
 nit, pedem turpiter impingant. Super eius enim libri
 exordio circa trium doctrinarum modos tam incons
 stans à priscis et item neotericis aliquot est circumla
 ta sententia, ut uel hac Manardi expositione sola ad
 iutus, priorum aliquot opiniones possis naso suspende
 re adunco. Ad eò quorundam licebit deprehendere in
 fantiam, si purpuram iuxta purpuram, ut aiunt, dijs

ANDREAE LEENNII EPIS:
dicaris. Porro hisce tribus lustris, quibus perpetuū
tū carendum fuerat, mihi peregrino sub orbe degen-
ti, ne uel tantillum amicitiae ueteris decessisse, sperare
posses, hac opera libuit cauisse. Tu nostris conatibus,
ut coepisti, fauere perge. Multa salute impertias ue-
lim meo nomine fratres tuos, ut corporis egregia spe-
cie uisendos, et animis heroicis, ita maioribus rebus di-
gniores, in primis Theodericum & Andream.

Ipse non secius uiue felix studiorū

decus. Basileae, Sexto

idus Iunias, Anno


M. D. XXIX.

GEORGIUS VALLA PLACEN-
tinus serenissimo Venetorum
Duci Augustino Bar-
badico S.



Sellum philosophum,
singularemq; medicū
De salubri uictu ad
Constantinum Impe-
ratorem, tibi Augusti-
ne Barbadice prin-
ceps serenissime, latinum faciendum es-
se censuimus, quod prisco ritu tam subli-
mis princeps sine munere adeundus nō
uideretur: eiusq; generis esse munus o-
portere, ut mihi quidē exhibere, tibi ue-
ro conueniret admittere. Proinde cum
nobis sapiente principe nihil optabili-
us, nec tibi in hac uita charius aliquid sa-
nitate, & uitæ longitudine in tam exi-
mia felicitate esse debeat, iure hunc li-
brum protulimus, qui hæc te commone-
at, & nos de tua salute minus habeat so-
licitos, quò tua porrò mirifica sapientia
in hac reipublicæ administratione, diui-

non nutu ducente, nulla iniquitate nos
 grauari sinat, aut agitari. De multis namq[ue]
 præcipuis à Psello collecta scriptoribus
 quæ sanitatem prætere polliceriq[ue]
 uiderentur ad Imperatorem, quem ma-
 gnopere incolumem esse cupiebat, ea-
 dem tibi equum fuit destinare. Quando
 non magis ille Constantinū suū, quam
 nos nostrum te principem esse affecta-
 mus incolumem, sapientia insignem, &
 probitate præcipuum. Hunc igitur Psel-
 lum ex græca transferentes lingua tibi
 inscribimus, cum eius autoritate com-
 moti, tū maiestate tua erecti. Hanc em̄
 tantam, tamq[ue] raram humani corporis
 commoditatem, omnes tua de causa, qui
 opem ferre cunctis studes, ut optimum
 principem decet, latere nefas esse
 putauimus. Itaq[ue] iam Psellū
 ipsum audi per nos la-
 tine loquentē.



— nescit vox missa uentū.

*— nec enim in mellis uenti, nec in si-
 bilibus, reliquum est, ut in dæmoniis
 bonis. — En legendo las con-
 asu ultimo modo non ab obliuio-
 sine detur. — entes in uenti hui-
 loc. —*

PSELLIDE

VICTVS RATIONE AD CON-
stantinum Imperatorem Liber
primus, Georgio Valla Pla-
centino interprete.



PRO HOC tuæ opus pro-
videntiæ, sublimisq; in-
genij, nec non mirificæ
lenitatis præscriptū est,
Constantine sanctissime
& maxime Imperator,
quod vulgares infimosq; æque ac philo-
sophos, & disertos homines, usum uelis
honestissimorū & commodissimorū ad
victum pertinentium habere, atq; peri-
tiam: ut ab ijs contrariorum uitam tueri
possint, & mala auertere: nosq; incessis
quod curam habeamus nullam eorū qui
parum possint, illis notissima rerum non
utendo appellatione quæ de foro ac tri-
uñs fuerit assumenda. Vtemur nimirum
ut non exquisitissimis & non usurpatis à
Græcis nominibus, ita nō à barbarie cor-
ruptis. Alienū nanq; sit mediocriter in-



stitutos hæc ignorare, & Græcis consuetissima cunctis; quorum in præsentia additione trademus cognitionem. In primo itaq; loco uictū ponemus eorū quæ boni sint succi, atq; ita interiectim quæ attenuēt & densent, quæ facile cōcoquantur; dein quæ stomacho profint, ipsumq; confirmant. Post id quæ fecent & abstergeant, & obstruāt; hinc quæ citēt & quæ astringant aluum. Mox quæ sanguinem improbum & malo humore refertum generent. Post, quæ singulos humores pariāt. Subinde quæ inflationē amoueant, quæq; inflēt: quæ crassi humoris, & multum alant, & contrā quæ parum alant, quæq; redundantia & superfluētia sint. Deniq; aperietur, quis uictus tenuitatē & quis densitatem adducat.

De his quæ boni sunt succi.

Longe optimi succi est lac recens omnium ferè animalium, recēs est autem bene habentiū animalīū, quod cōfestim bibatur cum primū mulctum fuerit: id sane sumendum est ante cibum omnem ac potum, nec quicquā aliud cum ipso manducandum, quoad concoquatur atq; digeratur

geratur. Nam si quid uel parum modo ei admisceat, ipsum corrumpitur, & quod cum eo assumptum est. Præstat igitur matutino tempore id bibere statim mulctum, nec inter ea comedere quicquam, clementer inambulando. Primum igitur aluum citat, dein impensissime nutrit, nec ultra excernit, sed sistit aluum. Post ipsum lac maxime nutrientia sunt oua tremula, forbiliaque gallinarum, in primis uitelli, deterrima anserum. Carnes præ cunctis gallinæ & phasiani, necnon gallorum testiculi, deinde aliarum uolucrum, perdicis; at tagenæ. Columbina carnem uita, magisque coturnicis: admitte turdos & merulas iuuenes, passeres, montanasque auiculas, necnon troglata, quæ hirundinibus persimiles, pedibus curtis, foraminibus turrium solum se committunt. His duriores, & difficulter concoquantur turturis. Inde anatis, pauonis, anseris, gruis magis redundantes anserum & cygnorum & otidum. Inter omnes illæ demum melioris succi quæ animalium sunt adhuc crescentium, nempe subiectorum alimētis:

seniles utique improbæ omnes, bonæ in agris uitam agentes in totum quæ exercitata, quæq; aridiore utantur nutrimento, quæq; purum ac tenuem respirât aërem. E contrario malæ quæ cibis uescantur humidioribus, & quæ minimū exerceantur, molli illa carne expleri possis, at hac parce uescendum. Inter terrestria uero animalia, hœdina caro agnina præstat: deterrima omnis quæ cum pelle coquitur. Inter pisces, maritimi præstant et saxatiles, in quibus nulli, rhôbi, pagari, orata, dentici. Pessimi autem mugilis in primis, inde lupus, inde trigla, quæ manducando gustui non respondent, quæq; intus herbam nō habeant. Inter bonum & malum succum, buglossum, psisiū. In totūq; electi sunt pisces qui glutinosi nō sunt, quiq; gustu non displiceant: inter terrestria animalia, sues, porculi anniculi, mystariaq; & pedes & auriculæ. Færorum quàm cicurum caro succi melioris. Inter panes qui frumētaceus, purus, bene instructus, siliginaceus, fermētatus ut decet, ordeaceus, expurgatus, & furnaceus

naceus quàm clibanarius. Inter legumina, fabæ, cicer rufum, Arborum foetus, ficus tēpestiui, & uuæ maturæ, quæ paululum modo pensiles: aridæ ficus, quæ omnia cum propere concoquuntur boni, cum uero in uentre diutius commorantur, improbi succi euadūt. Si cum nucibus aut auellanis, amygdalisue mādūcentur, non offendunt: at cum alijs mansæ edulijis ficus tam recētes quàm aridæ, uuæ uē, plurimū lædunt. Castaneæ non admodum mali succi, meliora pistacia et amygdala. Inter holera, lactucæ, cichoria, intyba. Inter uina, quæ odorata & cōcoctu facilia. Quod si obstructio oppilatioq; interuenerit, sumendū erit mulsum uinumq; tenue & album, ius uē aqua cōfectum ex allio & cape excocta, cōpositis pipere & origano & thymbra & sinapi. Bonum ius ex apio, petroselino, mentha, pētartymo, cumino, aniso, dauco, ruta. Hæc omnia composita prædictū præbent nutrimentum.

Quæ facile concoquantur.

Panes bene parati, hoc est bene suba-

cti, in fermento temperati & leniter co-
cti, & mediocriter falsi. Inter pisces cun-
cti saxatiles, gobijs, torpedo, trechum:
omne genus uolucrum, pullorum galli-
naceorum: caro perdicis, attagenæ, co-
lumbina nō bona: in totum optima pin-
guium & iuuenum alarum, mala tenuiū
& uetulorum altilium, ac ferculorum la-
cte nutritorum, iecur itidem uolucrum
præcipue gallorum testiculi. In bubula
carne præstāt uituli, & caprina, hædi: ho-
rum omnium in primis, quæ in aridis pa-
scuntur locis, oua tremula ac sorbilia. La-
ctucæ, intyba, malua, buglossa, colocyn-
tha cū ferbuit, amygdala magis anedōe.

Quæ difficulter concoquantur.

Caprina caro, bubula, ceruina, dete-
rior hirci. Inde arietum, inde taurorum.
In totum uetera animalia difficulter cō-
coquuntur omnia, alius difficulter con-
coquitur. Intestina, uulua, cor, iecur, au-
res, caudæ, renes: omnia præcordia ac
interna. Cerebrū, medulla, & ætate per-
fectorum animalium testiculi, anseres,
anates, querquedulæ, aquaticæ omnes
uolua

uolucres, præter alias phassæ, sturni, passerum pullorum caro. Durior adhuc magis turturis & anatis, impensiusq; pauonis. Alui omnes uolucrum difficiles cōcoctu. Cochleæ, limaces, oxygala, caseus uetustior, cōchylia, astaci, paguri, cācri, camari, carabides, octapodia, sepia, polypi, moschitæ, calamaria, bati, liobati, limæ, dracones, scorpionia, triglæ, pagari, oua obdurata, assa & fricta, faba, siliquæ omnes, phaselli, cicer, oriza, halica, panicū, miliū, lēs, sesamus, castaneæ, dactyli, siliquæ, citri cortex, rapa, napus crud⁹, bulbi crudi, daucus, cūctæ holerū radices, & holera ipsa minus, præter lactucam & intybū. Inter uina, quæ crassa & austera, dulciaq; & noua, & aquæ uis nimia.

Quæ stomachica & confirmantia.

Dactyli qui acerbiores, mala cydonia, oleæ asperæ, colymbades, & cū aceto confectæ, uuæ passæ, acerbescentes uuæ, uinacijs demptis, nuces cum ficibus, tubera, cinara qui carduus pineus, sinapi, rapæ, napi ualide cocti, nasturciū

bulbi, qui appetentiam exacuunt, cappar
ris, citri cortex, pyra præcipue acerbiu
scula, caseus, uinum acerbescens austeri
usculum, maxime conducibilia stoma
cho, absinthium & aloë.

Quæ stomachum subruunt.

Seutlum & euerfionem facit cū mul
tum assumitur, napi, rapæ crudæ, impro
ba stomacho, ut bene coctæ stomacho
bonæ: blita, chrysolochanum, nisi cū ace
to & garo & oleo comedatur, sesamus,
lac frigidum. Refrigerantia nanq; uen
tri acumen generant: at quæ calida, susci
tant uentrem. Improbi febricitantibus
pepones non bene concocti, quod cho
lericas ægritudines generent non inquã
biliosas, ut male Galenum pleriq; inter
pretantur, sed subuersiones, id nanq; est
cholericum. Antequàm enim transmu
tetur, ad uomitum excitat, præsertim re
dundanter assumpti, nisi quis modo bo
ni succi assumat edulia. Cerebrũ omne
malum stomacho, uomitumq; cit ueluti
etiam ossis medulla. Vinum admodum
austerum, atrum, ac etiam acerbescens
uomi

uomitum cit, nec nō crassum & nouum.

Quæ abstergent, secant, & laxant.

Ordeum, fœnum græcum, melope-
pō, uuæ passæ dulces, faba, cicer, & præ-
cipue nigrum, & ius ipsum, magis cap-
paris, præsertim ex oxymele, aut ex oleo
ante reliquum cibum mansa, seutli ius,
ipsumq; seutlū cum sinapi & aceto man-
sum, lapathum, bulbi, cæpe, allium, por-
rum & ampeloprasum, sed cocta bis uel
ter, ut acorem deponant. Attenuat itidē
tyrogala, ficus; absterget ideo quod qui
eis uescuntur, è renibus multas arenosas
urinas excernunt, aridæ ficus, amygda-
la, pistacia, brassica, mel saccharatū, oxy-
mel, uinum tenue. Si frigidi sint humo-
res in corpore, etiam uetustum aqua di-
lutum uinum.

Quæ obstruunt & oppilant.

Lac quod habeat casei aliquantū, ne-
que tutum est eo frequēter uti, quod nō
parū offendat ut metæ sunt, & renes &
calcuosos obstruit & iecur: ficus tam re-
centes quàm aridæ cum edulij loco assu-
muntur, dulcia ferè obstruunt. Ne ergo
lædant

lædant, manducentur cū hyssopo & origano, aut pipere ante alium cibum, atq; ita non mediocriter profuerit mel quoque despumatum, at secus per se, malum præcordijs: dactyli uirides, & quæcūq; ex siligine confecta oppilant & splenis augmentum faciunt, calculosq; generant. Itidē farinacea cum lacte omnia, uinum dulce etiam obstruit, & præcordiorum tumores intendit.

Quæ uentrem citant.

Lentis prima in decoctione ebullitio, feruēfactioq; , itidem brassica præcipue confecta ex oleo & garo. Cruſtaceā testaceamq; tunicam habentium piscium ius, ut astacorum, pagurorū, mutilorū, concharum, & id genus aliorum. Nam si quis hæc coquat, inde cōcinnēt coctionem ex oleo & garo, ut dictū est, & pipere, facile aluum citauerit. Cæterū marinorum echinorum & conchylum ius, ut etiam ueterum gallorum, præsertim ruforum, subducunt aluum. Panis quoque cibarius, quod multum habeat furfurum. Fœni Græci ius ex melle coctum

ctum, inde potum aluum subducit fecū,
agens in intestinis humores, mel admix-
tū parū esse oportet, ne uellicet. Oleæ
colymbades cum garo ante alium cibū
mansæ. Tyrogala cum pauxillo optimo
melle: quod si hepaticos uelis facere co-
licos quos diximus, salis multum immit-
te. Iuuenes animalium carnes magis quæ
ueteres subducunt, & extrema plus me-
dijs. Ex piscibus torpedines, turtur me-
diocriter cit aluum, seutilum, lapathum,
recēs caseus cum melle, chrysolachanū,
blitum, colocyntha, pepon, ficus aridæ
& uirides, uuæ dulces cum uuidæ fue-
rint, sycamina pura: siquidem in aluū de-
scendunt primo cibo sumpta, & ciūt al-
uum: mansa uero postremo, aut etiā ma-
lum humorem offendentia in uentricu-
lo corrumpuntur, id facit colocyntha.
Nuces uirides & aridæ, aqua macerata
& pelliculata, damascena humida et ari-
da melle cōfecta, madefacta ut plus te-
neant mellis, mansa quæ solitaria: si bis mel-
lis compositio absorbeatur, plus subdu-
cit quàm si dulce uinum potites, ubi non
confestim

confestim profuerit, sed aliquandiu interfuerit. Cerasa dulcia, rhodacina molliā, & cuncta humida & aquosa uentri ciendo idonea, ob hoc media horū eduliorū est ferè materia q̄ in ea nō sit acor ullus. Cæterum dulce uinū his idoneū.

Quæ aluum cohibent.

Dactyli q̄ acerbiores, uux passæ quæ acerbæ, sycamina horna, myrti baccæ, unedões, acria pruna, poma acerba, pyra dulciora: tamen poma omnia cū acore ciunt aluum, mala granata, pyra. Lac refrigeratum ut concresecat, astaci, paguri, cancri, carabidæ, quasi coquas & haurias humorem, astringunt aluum, sicut ostrea, cōchæ & similium caro. Lens & brassica bis cocta aluum cohibet: ne mediocriter coquatur, in aqua profundat̄, inde in aliam immittas calidam, & plurimum ibidē coxeris quoad remollescat: oriza, panicum, milium, halica, leporina caro, uinum acerbum & rutilum.

Quæ sint mali succi.

Succi uitiosi nō una est speties. Nā est quæ magis pituitosa, est quæ biliosior, est

est quæ magis atra redundat bile. Abstinendum sanè ab omnibus edulijs quæ malos humores gignunt, tametsi concoquantur ab aliquibus: olim nanç humoris uitiositas in uenis residens, cum occasione modo perexiguam putrefactionis admiserit, febres excitat curatu difficiles. Sunt autem mali succi huiusmodi, ouium caro & caprarū, itidē quæ acres. Hircorum pessima, inde arietum, inde taurorum. In totum, pessima uetera. Leporina caro quod sanguinē generet crassio rem, minus mali succi bubula & ouina. Mali quoç succi ceruorum renes, mali succi testiculi cunctorum ferè animalium, præterquàm gallorum. Itē malum, cerebrum, spinæ medulla, lien. Iecur aliquantum deterius suillum. Cūcta interanea animalium mali succi, oua fricta, caseus antiquus, siliquæ, faselli, lens, cicercula, eruilla, eruum, siligo, panicū, miliū, & id genus alia. Inter pisces, dracones, lupi, mugiles, scorpij, triglæ, quæ caridas deuorant, & cetariorum omne genus: foetus arborum ferè omnes: minus

nus alijs ficus & uuæ, pyra. In cucurbítarum genere tetrágura, magisq; inter ea quæ dura, pepones. Colocyntha melior si bene cõcoquatur: sin male, mali succi est. Holerum nullũ boni omnino succi. Mediocris est lactuca & cichorium & buglossa: inde malua, inde chrysolachanum & portulaca & blicum & lapathũ. Radices stirpium holerosarum mali succi, acres, ut cæpe, porra, allia & brassicæ, thyrsus, daucia, rapæ, napi nisi admodũ cocti, brassica, bulbi nisi admodũ cocti. Cæpe tamen & allia & porra & ampelo prassa bis feruefacta, malum deponunt succum. Mali succi prorsus agrestia holerera, ut agrestes lactucæ, picrida et id genus alia, uina crassa & male olentia, & austerissima.

Quæ pituitosa.

Animalium neruosæ partes, pedes, pelles, cerebrum, pulmo, spinæ medulla, agnina caro. Caro testaceam pellẽ habentium & mollium carne, poma, præter parauisa, quæ non ita: tetrangura.

Quæ

Quæ atram bilem generant.

Carnes bubulæ, caprinæ, magis taurinæ & hircinæ, leporinæ, ceruinæ, aprinæ, tetulæ carnes, Piscium, cocleæ. Inter holeræ, brassicæ, & arborum ramusculi, salsa omnia confecta. Inter legumina, lens melancholicum edulium, triticei panes, & qui ex milio, lolium quoque. Inter uina, crassa & atra; siliquæ, cinara.

Quæ biliosa.

Mel facile in flauam bilem uertitur, & calida corpora, uina dulcia; & quicquid dulce, facile in calidis corporibus biliescit.

Quæ glutinosos humores generent.

Panes siliginacei, & siligo ipsa, & membra animalium cartilaginosa, ossea, auriculæ, mustax circa labra, porculi, caro recens agnina, Sesamus, halica, oriza, bulbi, dactyli.

Quæ crudos humores generant.

Dactyli uirides, napi, rapæ, radix cum quis eis saturabitur. Caro crustaceam pellem habentium, & duræ carnis quæ ex multa coctione ius eiectat; & carne molli

lia, ut octapodia, sepia, calamaria, thynni, lacerti, xyphiæ. Cæterorū animalium partes, uentres, intestina, uulua, oxygala, casei molliculi, lupini. Vuæ cum in aluo commorantur, frigidos quoq; humores generant. Cuminum, libystici radix & semen, lini grana, cannabis semen, faba. Bulbi bis cocti in oleo & garo cum aceto mansi. Mel frictum, oxymel, itaq; & flatus discutunt, panes ordeacei, cicercula, faselli, milium, lac præcipue frigidū, uina dulcia simulq; austera: ficus præcipue uirides, aridæ quoq;. Panes sine fermento non satis cocti, siliquæ fasellorum, lens, faba, fræsa, ceruina caro, caprina, bubula, leporina, porcina, renes, testiculi, cerebrum, spinæ medulla, linguæ partes postremæ, omnes casei, oua obdurata, magis fricta, castaneæ, glandes, tubera, poma, sapa ac defrutū ut uinum quoq; dulce.

Quæ alunt multum.

Caro bubula, boum cerebrum, testiculi, cor, spinæ medulla, omnis medulla, alæ anserum, anatū, querquedularū,
magis

magis gallinarum, caponum, phasidum, perdicum, pauonum, & omniū uolucrū uentres, quæ crustaceam pellem habēt, ut ostrea, cōchylia, astaci, paguri, carabida, cammari, sepia, & id genus alia, torpedo, pagarus, mulius, turtur, dentices, orata, trigla, oua nō obdurata, panis siliginaceus & ex polline tantum, faba, cicer, foenum græcum, siliqua, castanea, lentes, dulces dactyli, uua passæ dulces & pingues, rapa, napi, bulbi bis cocti, mel despumatum, & mulsum, bene concinnatum puls, oriza, halica, uina crassa rufa, atraq; & dulcia & austerā.

Quæ parum alunt.

Animalium extrema, uulua, aluus, intestina, cauda, auriculæ, axungia. In totum, uolucres omnes minus alūt quàm quadrupedes animantes: & quæ senescunt, quàm quæ crescunt: piscium nutrimentum est sanguinis parcioris. Crustaceam pellem habētes quàm quæ mollis carnis, ut ostrea: panes ordeacei, panis triticeus, amylos, milium, panicū, plus faba uiridis, sycamina, auellanæ, amyga

b

dalæ, pistacia, damascenæ, harmoniaca, olea, atræ nuces, zizipha, corna, pruna capparîs, feutlum, lapathus, portulaca, raphanum, sinapi, nasturcium, asparagus. Cape autē & allia, & porra, & ampeloprasa, cruda, per exiguum corpus alūt, cocta bis aut ter impendio minus, pyra, colocyntha, uuæ passæ, acerbæ & macræ. Ficus aliquanto plus nutriunt, raram faciunt carnem; minus omnino uuæ ficibus alunt, uina acria, alba uel rubella.

Quæ redundantia.

Anseres, anates, querquedula, colūbi, palumbes, cuncta interna animalium, iecur, lien, renes, intestina, uulua, spinæ medulla. Aues quæ in stagnis paludibusq; pascuntur omnes, fabæ uirides, fasselli, cicercula, eruum; lactentium pecorum caro omnis, & ociosam uitam agentium. Inter pisces fluuiatiles, stagnantes, & in luto cōmorati, & marina oīa cetaria.

Quæ non redundantia.

Colla animalium, caudæ, alæ, & agrestium caro animalium, & quæ in arboribus

his locis uitam agunt.

Quæ attenuant.

Allia, cape, nasturcium, porrum, sina-
pi, piper, origanum, mentha, hyssopum,
apium, thymbra, petroselinum, brassica,
seutla, scolimum, marathrum, rutha, ane-
tum, cuminum, capparis, dauci semen,
ordeum, saxatiles pisces, montanæ uolu-
cres paruæ, quæq; in montibus uiuunt,
turdi, merulæ, perdices, trogletæ, colū-
bi qui in turribus nidulantur, torpedo,
turtur, buglossa, psilia. magnæ uolucres
interemptæ asseruentur saltem ad diecu-
lam antequàm coquantur, etiam altilia,
et idem fructus arborum, ut humorẽ de-
ponant infestũ. Ficus & uuæ cum nucẽ
bus aut auellanis, aut pistacijs, aut amyg-
dalis manducentur, præcipue amaris, &
humore noxiõ depositõ, prodesse pote-
rint. Inter hæc mediæ sunt oliuæ, uina al-
ba & tenuia. Et in primis ad tenuãdum
uictum præstat in usu cõtinuo oxymel.

Libri primi finis.

b 2

PSELLI DE VICTVS RATIO
ne ad Constantinum Impera-
torem, Lib. II.



D VICTVM humanū per-
tinens intentio, serenissime
Imperator Constantine, &
salubrē & commodū, nec-
dum primo perfecta est li-
bro. Existimamus siquidem subijciē-
dam breuiter curā, quæ salubribus quo-
que adminiculis contineatur, ut aperia-
mus quæ calefaciant aut frigefaciāt, hu-
meētēntue, arefaciāntue, quæq; binas si-
mul insignes habeant qualitates, quæ fa-
cile aut difficulter transmutētur, & quæ
faciles transitus habeant, quæ membra
offendant, & quæ minus, eaq; paucis nō
ut quæq; longius prosequamur: modus
siquidem tum fuerit nullus.

Quæ calefaciant.

Cannabis semen, foenum græcū, da-
ctyli dulces, poma dulcia, mel, saccharū,
uuæ dulces, mentha, apium, raphanū,
rapa, sinapi, nasturcium, alliū, cape, por-
rum, ampeloprassus, caseus uetus, uinū
duls

dulce, calidius flauum, uinum uetus, pi-
per longum, album & atrum, gingiber,
agni folia & semen, amygdala, plus ama-
ra, glycyrrhiza, rhesinæ omnes, hyperi-
cum, sal, falsugines omnes, fœniculum,
anetum aridum, iuniperus, cicer atrum.

Quæ refrigerant.

Ordeum quomodocunq; coquatur,
hydna, colocyntha feruefacta, pepones,
melo pepones, cucurbitæ, tetrâgura, cu-
cumis, poma, præter parauisa, sycomora
pyra quæ minus dulcia ut ferè fragilia,
acidæ uuæ & acres, mala punica præci-
pue acida. Lactuca, intyba, portulaca.
Caseus recens, aqua, uinum rubellū te-
nue. Mustum crassum & nouum, acetū
quo acrius, Omphacium, panis ex milio
amylo, panico, & cibarius.

Quæ arefaciunt.

Lens & brassica uisum hebetat, nisi
oculus sit humidior. Caulis eius minus
arefacit. Aliorum holerum aridior. Sina-
pi, eruum, cum bis coctum eiecta aqua,
plus adhuc albū. Fricta aridiora omnia,
& quæ componuntur ex uino & garo

aridiora, oleum dulce, lotum, pyra sylue-
 stria, asparagus, nasturcium, daucus, om-
 phacium, amylyus, sal, gypsum, panis ci-
 barius, falsa omnia, plus manidum capi-
 ta, sepia crusta, crocus, uinum cucume-
 ris, & peponis semen. Lolium, anetum,
 balsamum, nardi spica, raphanis, abrota-
 num, citrei semen, uetus uinum, origa-
 num, petroselinum, ruta, marrubiū, sam-
 pfucum, hyssopum, allium.

Quæ humectant.

Colocyntha, pepones, melopepones,
 tetrāgura, cucumeres, cucurbitæ, nuces
 uirides, mora, lactuca, intyba, portula-
 ca, malua, blitū, chrysolachanū. Lactu-
 cæ quoq; semen, faba recens, aqua, bu-
 glossa, uiolæ folia, persica, fungi, harmo-
 niaca, & ferè poma omnia.

Quæ facile corrumpuntur.

Cerasa, persica, harmoniaca, & ferè
 in genere pomorum omnia. Itaque cum
 cito egeruntur, ideo præ cæteris escu-
 lentis comedenda. Nam ita demum re-
 liquo cibo meatum præbent, mansa po-
 stemò corrumpuntur. Idem faciunt pe-
 pones

pones, cucumeres, tetranguræ, uuæ, ficus, & similia.

Quæ difficulter corrumpuntur.

Conchylia, cochleæ, aſtaci, cammarum, mutili, paguri, pinnæ. Hæc uitioſo humore reliquum corrumpunt cibū, ideo bis terq; coquantur, allium, cæpe, porrum, auellana, amygdala, caſtaneæ, rapæ, tribuli.

Quæ ſeri meatus.

Omnia conſecta ex caſtaneis, ſiligiæ, faba, fræſa, cicer frictū, panis ex poliline, lens, cerebrum, ſpinæ medulla, corlien, aſſa ferè omnia, oua toſta, obdurateq; ideo idonea in aceto toſta dyſentericis. Lupini, faſelli, ſeſamus, glandes, ſiliquæ, uinum dulce, plus atrum, auſterum.

Quæ caput offendunt.

Naſturcium, dactyli, eruca, uinum auſterum, ruſum, & quæ uehementer olent. Lac non etiam commodum capiti, allium, cæpe, fœnum græcum. Vina omnia uehementer euaporantia caput & neruos lædunt, aqua diluta neruos iu-

uant. Damascena pruna, amygdala, pyra miscella.

De pane.

Panis frumentaceus præcipuum edulium in prandijs & cænis, cribro farina-rio polline delecto, sensim coctus & moderate fermento & sale, commodius ex siligine, secundus ex similagine. Nutrit parum furfuraceus, qui cibarius nuncupatur: ex siligine difficilis concoctu, & si concoquatur, crudos generat humores, astringit etiam aluum. Exercitatis ergo congruit corporibus: ociosis uero malus. Ex polline purus sanis congruit corporibus, exercitantibus inutilis: cibarius parum alit, melancholicusq; est, ac aluum citat. Panes uetusti arefaciunt minusq; alunt recētibus: fricti aridiores & minus nutriūt: minus fermētati difficilis concoctionis. Siliginaceus panis recēs, odore capitis oēs recreat sensus, & spiritus confirmat, & uires reficit infirmas.

De panico.

Panicum & milium parum nutrit, refrigeratq;, aluum humidam arefacit, dis-
ficulter

ficulter quoq; concoquitur.

De Oriza.

Oriza astringit uentrē, difficiliter concoquitur halica.

De halica.

Halica nutrit multum, at pituitam gignit, si multum quis ea uescatur, & non concoxerit.

De lente.

Lens suo folliculo obstruit. Carne uero melancholicū humorē generat, hebetatq; uisum oculos habentium aridos.

De faba.

Faba sanguinem generat tenuē, eduliumq; est inflans: cum uiridis manducatur, corpora humectat.

De Cicere.

Cicer inflat, nutritq; multum ut faba, semē generat, & Venerē suscitatur. Ipsius ius coctū in renibus calculos atterit, præcipue paruum & atrum: quod si fricta manducentur, ut faba sunt, & aluū astringunt, & magis nutriunt. Si uiride cicer manducetur, humectat ipsum corpus.

De Lino

De Lupinis.

Lupinus cōcoctu difficilis, crassumq̃
humorem generat, mediāq̃ uim ha-
bet ad molliendam & astringendā aluū.

De fœno græco

Fœnum græcum aqua aspersum &
dulce factum, subducit uentrem. Ex ga-
ro præmansus eius fructus, aut ex aceto
& garo, aut ex uino & garo & oleo, ca-
pitis dolorem facit, & ex garo solitario
mansus: si cum uino & garo & oleo as-
sumatur, capitī nullū dolorem inuehit.
Eius autem succus coctus, & cum mel-
le sumptus, subducit in intestinis impro-
bos humores, confirmatq̃ aluum.

De fasellis & pisis.

Fasellos & pisa aqua aspergunt quo-
ad radicem germenq̃ ediderint, & ante
reliquum cibum manducant ad citandā
aluū. Garo immersa nutriunt, succūq̃
hæc generant, cum bene cōcoquantur.
Meliora fœno græco, mediāq̃ sunt in-
ter bonum & malum succum, siue cōco-
quantur, siue minus: & inter tarda & ce-
leria, meatu multū nutrientia & parum.

De

De cicercula.

Cicercula magis nutrit quàm fasellus
aut pisum, in cæteris par.

De sesamo.

Sesamum celeriter comedentes fatu-
rat, seræ concoctionis est, difficilisq̃, sto-
machum lædit, crassum humorem gene-
rat, & graueolentiam.

De Colocyntha.

Colocyntha corpori nutrimentū in-
gerit frigidum, paucumq̃, & commodā
facit aluū. Si refrigeret nimiū, cōcidenti-
bus, & arefacientibus, & manducanti-
bus ipsam tēperes. In hyeme crudos ge-
nerat humores.

De Peponibus.

Pepones frigidi sunt & humidi, uimq̃
nonnullam purgandi habent: ideo uri-
nam citant, humectantq̃ aluū plus colo-
cyntha & melopeponibus. At semē plus
carne cit urinam. Malūq̃ in corpore suc-
cum generant, præsertim cum non be-
ne concoquuntur. Tum cholericos effi-
ciunt, nō inquam biliosos, ut uulgus pu-
tat, sed uentrem superiorem & inferiorē
subuertit.

subuertunt: nam antequàm concoquantur, uomitū pariunt, præfertim qui plus nimio deuorarint.

De Melopeponibus.

Melopepones neutiquam tantū humidū sunt, aut mali humoris, quantū pepones, neq; tā urinarij, neq; aluo boni, nec itidem uomitorij æque, neq; stomacho conducunt.

De Tetranguris.

Tetrāgura ipsa quoq; urinarij quidam habent, qui plurimum manducant ea, olim crassum humorem generāt, qui in sanguinem transmutari non potest.

De Ficibus.

Ficus ut reliqua poma, malum succū generant, sed minus: habētq; bona hæc, aluum citant, uim habent abstergendi, atq; catharticam, nutriunt plus alijs pomis corpus: comedentium ipsos carnē non astringunt, ualidamq; faciunt, sed subturgidam, inflatamq;, sed tamen non diu manducanda: hæc parce omnia.

De Caricis.

Cariculæ improbi sunt succi, unde & pediculus

pediculorum uim multam generāt. Ha-
 bent attenuandi & secandi uim , ob hoc
 facile aluum citant, renesq; purgant. Ie-
 cori & lienī inflammationes adducunt.
 Improbæ ut ficus, & sicut dulcia omnia
 obstruendo & indurādo præcordia. Cū
 hyssopo nucibusue, aut auellanis, aut a-
 mygdalis mansæ, iuuant: sin cū alijs edu-
 lijs assumantur, plurimum offendunt.
 Alunt tamen satis: ideo pugilibus uetus
 exhibuit consuetudo.

De uuis.

Vuæ quoq; ipsæ ut poma, cūctis tamē
 magis nutriūt ut ficus, minusq; malū suc-
 cum generant: cum bene maturuerint,
 nutriunt minus quā ficus: profunt cū
 facile egeruntur. Cum id non fuerit, læ-
 dunt: nam perniciosum pabulum inge-
 runt, cum in sanguinem non conuertun-
 tur. Sunt autē sine internis granulis bri-
 sulisq; māducādæ. Quæ dulciores uuæ,
 sunt calidioris succi: quæ aciores & ma-
 gis omphacinæ, frigidioris.

De uuis passis.

Vuæ passæ acres, austeræq; frigidio-
 res,

PSELLI DE VICTVS

tes, cōfirmantq; stomachum, & aluum
arefaciunt: dulces autem calidiores, me-
diæq; sunt stomacho & uentri, habentq;
aliquid abstergens, paruasq; stomachi
curant uellicationes. Nutrimentū uua-
rum passarū est quod etiam recentium.

De pomis.

Poma quæ acerbescunt, frigidum ha-
bent & terrestrem succum, nempe cras-
sum: quæ autem acida, frigidum & tenu-
iū partium, mediū sunt temperamēti: dul-
cia calidiora iudicantur. Pyra frigida &
aquosa, perindeq; acerbescētia uentrē
cohibent. At acida humorem offendē-
tia, eum secant, & aluum subducunt, pu-
rum inuenientia astringūt: at pyra quæ
nec dulcia, nec acida, nec acerba, omni-
um pessima.

De Cydonijs.

Cydonia multū styptica, quæ si quis
melle, uel sacchare cōposita coctura as-
seruarit, stomachum cōfirmant, ac in dy-
senterijs profunt, flauā bilē cōprimēdo,
sorc; exhilarant. *De Mespilis & Sorbis.*

Tam Mespila quàm sorba stypticū
uentrem

uentrem faciunt, fluentemq; astringunt, suntq; adhuc impensius styptica sorba.

De dactylis.

Dactyli dulces magis nutriunt: acerbescentes profunt stomacho, & uentrem compescunt. Omnino omnes difficulter concoquuntur, & aluum astringunt, si plurimus usus eorum fuerit.

De Oleis.

Oleæ pauci nutrimenti sunt, præsertim nigrae; at asperæ, quæ fiunt colymbadae ob acerbicatem conferunt stomacho, appetentiamq; cibi concinnant: eomodissimæ quæ ex aceto componunt.

De nucibus.

Nuces exigui sunt nutrimenti: quæ recentes, aquosam uim habent, facilius concoquuntur: & magis stomacho utiles purgatae tunricula sua, præcipue cum caricis mansæ. Aridae nucis aqua macerata, dempta tunricula, loco uiridium recentiumq; habentur.

De Amygdalis.

Amygdalæ exigui nutrimenti, dominatur in ipsis uis attenuandi & abstergendi.

gendi. Amaræ uim plurimam habent secandi humores glutinosos.

De Pistacijs.

Pistacia parum nutriunt, iecori utilia, difficulter concoquuntur, & stomacho inutilia: pulmonis meatus diducunt & anhelitus.

De Siliquis.

Siliquæ succi improbi, & bilis atræ, difficulter cōcoquunt, & aluū cohibēt.

De Capparis.

Capparus præcordia apit, absterget pituitam, calculos dissipat. Ante aliū cibum cum oxymelle, renes offendit & uesicam, quibus succurrēdum zinzibere, uel tali aliquo.

De agrestibus holeribus, & lactuca, ac intybo.

Agrestia holera improbi sunt succi. Lactuca minus mali succi, & parum nutrit. Post, intybum prodest aluo cū oleo & garo mansum, mediocriter cōcoquit.

De Seutlo.

Seutlum stomacho inutile, si plurimū manducetur, absterget, & ob id utile aluo, necnō iecori & spleni, oppilationes auferens

auferendo, præcipue cum aceto, uel si-
napi mansum.

De Apio.

Apium urinariũ, & utilius stomacho
cæteris holeribus, oblectat & crudum.

De Eruca.

Eruca admodum calefacit, generatq̃
semen, ueneremq̃ excitat, capiti dolo-
rem inuehit.

De nutrimento animalium.

Animalium carnes optimum gene-
rant sanguinem, præsertim quæ melioris
succu, qualis suilla est: neruosa autẽ san-
guinem redundantiorẽ magisq̃ pitui-
rosam generant, magisq̃ porcina caro.
At bubula crassioris & melancholici hu-
moris, uitulina & hœdina quàm capri-
na & bubula melior. Agnina sanguinẽ
generat humidiorẽ redundantiorẽq̃.
Ouium caro succu improbi & redundan-
tis. Itidem caprarum plena acrore: hirco-
rum & arietum inutiles omnes, castrato-
rũ meliores: ueteres deterrimæ omnes,
humore, concoctione & nutrimento. Le-
porina sanguinem gignit crassiorẽ, suc-

co melior q̄ bubula et ouilla, ceruina mali succi, difficilis concoctu, & terrestris,

De partibus animalium pedestrium.

Pedes porcini utiles, flauam bilē restringunt, & tertianis febris ob id congruunt. Secundo loco rictus, tertio auriculæ. Lingua laxa & exigui humoris: testiculi mali succi, olidumq; quiddam habent. Callum si bene concoquatur, boni succi: sin secus, non iam bonum sanguinem, sed crudum & pituitosum generat. Cerebra succi improbi, difficulter siquidem concoquuntur, & inutilia stomacho, & nauseam generant ac redundantiam. Medulla in ossibus dulcior suauiorq; sed nausea cruditatem generat: sin commode concoquatur, nutrit ex sententia. Iecur cunctorum animalium crassi humoris difficulter concoquitur, & ferum meatum habet: porculi præstat omnia. Lien melancholicum humorē gignit, lædit tam iecur quàm lienem. Pulmo non difficilis concoctu, sed parum alit, & pituitosus. Cor durum & difficulter concoquitur: si bene cōcoquatur, alit multum,

multum, nec improbi est succi. Alius autem & uulua, & intestina, tametsi probe concoquantur, non satis probū generāt sanguinē, sed frigidiorē, crudiorēq̄.

Quæ sit agrestium & cicurum animalium differentia.

Cicurū carnes humidiores quàm agrestiū, quia aridiora agrestia omnia cicuribus, & perinde agrestiū nutrimentū minus redundās q̄ cicurū. Volucres minus quadrupedibus nutriūt, at facilius concoquantur, præsertim perdicū, attagenarū, gallinarū, caporū, colūborū minus. Aridiores merulæ, turdi, passerēs: plus turtur. Item phassa anas. Gallinis pares phasiani. Difficilis concoctu pauo. Anseres redundantiores, & concoctu difficiliores. Iuuenes semper præponendæ uetulis. Alui anserinæ nutriunt multum & suauiores reliquis altilibus, facilius concoquantur, & magis alunt alæ, sicut etiam gallorum testiculi.

De piscibus.

Trigla duriorē & in delicijs habitam habet carnem, ob id magis alijs nutris

piscibus, cum bene cōcoquitur. Sunt triglæ bonæ quæ in puris uitam agunt locis, herbasq; non habent.

Saxatiles pisces saluberrimum nutrimentum ingerunt, & sanguinem benignum suggerunt, non inquam ut alij ferè malum, sed moderatum. Gobius alijs melior suauitate & concoctione, & succi præstantia, qui in arenosis littoribus, aut inter saxa uitam agit, at in fluminum ostijs uel paludibus: improbus præcipue si ibidē carabi. Ferè autem duri carne pisces concoctu difficiles, non in uentre modo, sed etiam in uenis, singulisq; membris: crassioris autē succi, qui molles carne, dracæna, scorpius, triglæ magnæ testaceam pellem habentes, falsum habētes communem succum: magis alijs & minus alijs. Ostridia nanq; magis mollem habent alijs carnem: reliqua ut carne duriora, ita cōcoctu difficiliora: quæ deligenda tribuendaq; eis, qui corrumpunt in uētre ex malo humore nutrimentum, aut ex fluitante iecore: illis nanque generatur humor crudus. Ex mollibus
carne

carne coctis multus deponitur falsus humor, fitq; talium caro difficulter corruptibilis, iusq; citat aluum astrictam, laxatq;, ut sunt ostrydia, mutili, conchæ. Cōtrā duræ carnis difficulter cōcoquuntur, & nutriunt multum, ut ostrea, astringuntq; aluum, ut astaci, paguri, fluuiatiles & marini carabi, cammari, & id genus alia. Cetaria omnia, ut uituli marini Delphin, Thynni, Balenæ, Xyphiæ, perniciosi sunt humoris, quia redundantissimi: & perinde salientur, ut in aliquē usum modo perducantur.

Mugiles, & manides, & bopæ perniciosæ & redundantes: meliores qui aluntur in pelago, deterrimus palustris: fluuiatiles ubi fluit celeriter aqua, meliores: pinguiores pessimi, & difficiliores concoctu, stomacho deterrimi, ac humoris pessimi. Lupus autem tenuiorem generat sanguinem, nec improbior hoc pisciculo alius.

Pfelli de uictus ratione finis.

MAGNIFI-

CO EQVITI IVRATO PAV

lo Pisano Veneto Patritio Dea

cēuiro, Georgius Valla Pla

centinus salutem plu

rimam dicit.



E SYRIACA lingua
 in Græcam Rhazæ de
 pestilentia opusculum,
 Imperatori cuidã con-
 uersum, latinum Paule
 Pisane tibi faciendũ es-
 se existimauimus: tum quod ab insigni
 autore hæc traditio emanare certò per-
 spicitur, tum quod perquàm necessaria
 hæc prorsus omnibus habita cognitio
 est, eoq; magis quod Galenus medici-
 næ autor præcipuus, de pestilentiã quod
 ad artem medicinæ pertineret, nihil ac-
 curate scriptum reliquit. Cursim uero
 eius rei meminît duntaxat, ut eius inten-
 tio nulla ad pestilentiaẽ curam habita ui-
 deatur, cum tamen cunctis mortalibus
 maxima

maxime necessaria facile deprehendatur. Mirum profecto uideri potest, cum tot doctissimi homines impēssime studiosi fuerint, rebus alijs, quàm (bone & immortalis deus) sublimibus, acumine incredibili, labore immenso operam nauarent, cur demum hanc unam curam omiserint, tam necessariam, tam honestā tam eximiam, ut credibile non sit noluisse eos, uoluisse quidem, uerum præstare non potuisse, aut de se polliceri ausos non fuisse. Ita ne nos quidem audemus. Proinde quæ Rhazes tradidit referemus, non nobis modo, sed alijs quoque è uiris clarissimis habita longe argutissima, nec ulli à nobis magis quàm tibi dicanda, qui omnes hoc tempore penè solus foues disciplinas. Ac ut Rhazes ab humanis corporibus pestilentiam abstergendam miro quodam docet artificio, ita tu singulari prudentia, in Veneta ciuitate de humanis mentibus pestem omnem, nempe uitia, & ignorantiam studes abstergere,

qui ut in sapiētissima ciuitate tua ob animi tui præstantiam clarissimis decoratus es honoribus, legationibus ad Imperatorem, ad summum pontificem, maximis de rebus, mirifica laude perfunctus. Ita uicissim tu quoq; Venetias his exorandas dotibus existimasti. Verū quantas & his & alijs sis laudes promeritus, nouerūt omnes, & nos commodiore loco hæc pluribus. Nunc demum quod in stat id agamus. Præstantissimus igitur autor Rhazes hunc morbum bifariā distribuens. Vniuersam præscriptionem suā in capita quindecim hoc pacto paratus est.

Primo igitur capitulo, causas quibus pestilentia conflatur, & quomodo prope modum omnes in hunc incidunt morbum, præmonuit.

Secundo de corporibus pestilentiae obnoxijis scribit.

Tertio de tempore, in quo multa pestilentia.

Quarto signa iniectionis pestilentiae duarum specierum.

Quinto

Quinto de custodia morbi antequàm signa appareant pestilentiaë, & quomodo oporteat coërcere, ne in totum insurgat, uel ne ad immoderantiã perducat, posteaquàm signa comparuerint.

Sexto, de cura pestilentiaë.

Septimo, quo pacto opem naturæ ferre oporteat ad extrudendam ab extremis corporis pestilentiam.

Octauo de prouidentia oculi, & gutturis, deq; cura totius corporis, cū signa sese ostenderint pestilentiaë.

Nono, ad cito concoquendam pestilentiam.

Decimo, ad arefaciendum pestilentiaë concocta.

Vndecimo, quomodo purgare cõueniat squamas, & incrustationes, quas uocant escharas pestilentiaë.

Duodecimo, quo pacto oporteat perungere cicatrices, ac delere ex oculo, totoq; corpore.

Tertiodecimo, de uictu alimentari pestilentia captorum.

Quartodecimo, de cura uentris eorũ

qui oppressi pestilentia.

Quintodecimo de clementibus & perniciosis pestilentijs.

RHAZAE

de pestilentia liber, Georgio Val
la Placētino interprete.

De constitutione pestilentiae, & quomodo prope omnes homines incurrant eiusmodi morbum.



Apiuntur ferè oēs hac ipsa mortales pestilentia, quod à natali die omnes ad extremam usq; senectam mutantur, ad ariditatē tendendo.

Vnde ut infantibus sanguis multo humidior quàm adolefcētulis exoritur, ita multo magis & in senibus exarescit. Præterea largam subeunt caliditatem, quem admodum Galenus in Aphorismorum interpretatione exposuit. In pueris, inquit, caliditas est quantitate ea quæ in adolescentulis, at in adolescentulis qualitate uehementior. Quod planè arguitur

tur ex optima naturali actione argumentorum, & concoctionum, & instaurationum eorum quæ in pueris. Infantum & puerorum sanguis musto assimilatur, quod necdum concoqui incepit concoctione quæ ad consummationem tendit, quòdque necdum ad ebullitionem moueatur. Adolescentulorum porrò musto assimilatur iam feruescenti, & exufflanti, mutatòque de primo statu, respirantique plurimum uapore & redundantia, ut uinum est maturum, defecatumque, & ad perfectum perueniens statum. Senum sanguis assimilatur uino, quod difflauit, & uehementiam eiecit, acceditq; ad frigiditatem ut acescat. Conflatur autem pestilentia, cum sanguis perputrescit, effervescentq; ad efflandum uapidam & limosam redundantiam, cum transmutatur ex infantili sanguine musto persimili, in adolescentulorum sanguinem, qui uino similis consummato. Assimilaturq; pestilentia per sese feruori spumanti, quod musto solet euenire feruoris tempore.

Ea

Ea propter hominum fermè omne genus huic morbo obnoxium est: & impensius mares, quod sanguis necessario transmutetur de primo statu in secundum, ut musta quoque necessario transmutantur in statum, qui est post feruorem ebullitionemque: uixque comperta est complexio infantis, aut etiam pueri mutata de primo in secundum statum in tempore, & statim, ac deinceps, ut feruor appareat, & mutatio in sanguine in tempore, & statim. Quoniam talẽ complexionẽ postea ita mutatã, frigidam & aridã esse oportet. Verum complexio puerorũ his contraria est. At astructa ut puerorũ complexio calida & humida, quod eorũ alimentum ex lacte sit: nam qui non aluntur lacte pueri, proximo tamen illi & contermino uictu utuntur, & uescuntur alimento, ut cunctæ ætates aliæ. Enimvero quod in uictu horũ fluctuationes plures alijs existunt. Ob hoc perraro eorum quispiã hunc morbum effugit. Commutatio autem ferè fit in hoc morbo iuxta complexionum differentias, & uictus, & habitus, &

tus, & aërem circumfusum, & sanguinis
statum, qui in uenis, in quali, & quanto.
Atq; hac de causa in aliquibus præoccu-
pat, in aliquibus postea subsequitur, &
in alijs augetur, & in alijs imminuitur,
estq; in alijs qualitate admodum atrox,
in alijs minus atrox. Adolescētuli, quia
sanguis ipsorum in secundum statū iam
mutatus, ipsorūq; perficitur cōcoctio,
& difflatur huius status humiditatis, in
qua putrefactio consistit. Qui igitur in
putredine constituti, habent in uenis su-
perfluam humiditatem, aut improbam
qualitatem, & admodum exustam, capi-
untur copiosa pestilentia in ætate pueris-
li, in qua non omnino sanguis transmu-
tatus est in perfectum statum. Et in pu-
tredine agunt habentes caliditatem de-
bilem & pacatam. Adolescenti aut iam
effecto uiuenti, uictu perducente ad car-
nem multam, aut uictu implente ac san-
guinem corrumpente idem fit. At seni-
bus non contingit, nisi in statibus pesti-
lentibus, aëre tabido, diris humoribus,
in quibus plurimum talis morbus euaga-
tur.

tur, quia excedens mediocritatem, in extremam caliditatem & humiditatē, conceptumq; calorem ad morbum pariter extendit: quia comitatur spiritum qui in cordis est binis uentriculis ad suam complexionem per cor medium. Deinde comitatur perducendo sanguinem uniuersum qui in arterijs, ad suum statum. Cum ergo pestilentiae causam paucis & per uniuersum tendentibus uerbis attigerimus, progrediendum iam est ad accommodata pestilentiae corpora.

De accommodatis pestilentiae corporibus. Cap. II.



Sunt nimirum candida corpora, & humida, & corpulenta, multa obesa carne, & rubra, pessima si fuerint insuper febribus capta continuis, sanguinis eruptionibus, & sanguinolētis affectionibus, & pustulis, & lippitudinibus, oculorūq; ægritudinibus, & exanthematis, necnō si uescantur frequenti pastu dulci, magisq; dactylis & melle, & ficibus, eisq; rerum speciebus quæ densæ ac dulces,
 mel

melle cōfectis, uini potu multiplici: dulcis quoq; lactis usus in tali affectiōe perniciosus. At corpora tenuia, biliosa & & arida, & calida, eulogiæ sunt accōmodata. Eulogiū uero ueteres nominarunt speciē unā improbiōrē inter duas, sicut & à multis audio nominari: siquidem in Græcorū differētibus linguis hæc appellatio non inuenitur. At philosophus quidā sua lingua Chaspe nominauit, quæ dictio significat quod per se. Puto autem quod ad hanc pestilentiā ratione opus sit, ita dici: quod si etiam inter se inuicē affectionibus differunt, cæterū etiā cōmunicationē habent, ut nihil indecens. Nihil igitur est habens differentiam, quod etiam communicationē non habeat. At ne tempus in nominum appellatione teramus, sapiente istas differentias suo tempore explicāte, ad nostrū redeamus institutū. Quod si forte pestilentiā excuti etiā cōtingat ex cōtrarijs unū euenit, ea pauca esse, aut perexigua & obscura, aut admodū atrocia et pñiciosa, aut squalida et arida, tabidāq; nec cōcocta. Alia tenuia

corpora, & complexione frigida, minime idonea duabus his speciebus pestilentia & eulogia. Si contingat, fit eneruis, cum febris quidē cōtinuis à principio ad finem usq̃; præter ea moderata concocta, & pacata.

De Tempore in quo ut plurimum pestilentia euagatur. Cap. III.



Empus autem in quo euagatur atq̃ affluit, huiusmodi sūt extrema autūni partes, & ueris principium. Cumq̃ æstas pluuiosa est, inuicēq̃ haustri perflarint, & cū hyems fuerit calida, uapida, & haustrali statu. Cum uero fuerit æstas uehemens caliditate, & ariditate, estq̃ autumnus calidus & aridus. Postremò succedente iugi pluuiā, admittit eulogia sibi idoneos, tenues inquam & calidos, & biliosos, ac sæpe quibusdā in regionibus, habitatoribus, indigenis circumflua cōstitutione dissolutis, transmutata ad pestilens quiddam, illæsa perdurant corpora. At in cōstitutionibus frugalibus pestilentia contabuerunt. Repente igitur prius

prius obseruandum cum cœperit expli-
cari, & ad homines propius accedere, si
cut progrediens exarabo.

*De signis iniectionis duarum specierum
pestilentie, Cap. IIII.*



Signa pestilentie & eulogie
euidenter accessionem demon-
strantia sunt hæc: Species istas
duas morbi, febris præit con-
tinua, dolor dorsi, naris pruritus, sputa
in somno. Hæc istorum præcipua sunt
signa, præsertim dorsi dolor, cum febre,
cum his etiam languens toto corpore uer-
ti uidetur. Præterea oscitatio frequens, &
pandiculatio dolorque in gutture, & in
thorace cum difficultate flatus, & tussi,
& corporis ariditate, & inflammatione,
& sputi crassitate. Sunt etiam uoce rau-
ca, cum capitis dolore, & capitis pulsibus
atque pondere. Præterea grauiter fe-
runt, & uitant fugitantes, & nauseant, et
immodesti sunt, nisi uomitus & toleran-
di impaudentia, & uitandi perseverantia,
pestilentie insideat aut eulogia. Verunta-
men dorsi dolor, & corporis totius exa-

stitatio & ardor, & cōflagratio, et coloris
 rutilatio, magisq; uehemētia ruboris in
 guli, magis ppria sunt eulogiæ. Ideo cū
 hæc signa uideris, expedit quæ sunt op-
 portunissima magis inspicere, ut est dor-
 si dolor. Sputa quidē cōtinuæ febris co-
 gnoscere oportet esse principia pestilen-
 tiæ, quamuis hæc sint magis præcipua,
 dolor dorsi inquā, nec in pestilentia affi-
 ciunt; nauseare signa sunt cōtraria, quia
 eulogiæ constat è sanguine bilioso. At
 submissa pestilētia maiorē habet quan-
 titatem utilis sanguinis eius, qui est im-
 probus & corruptus, & ob hoc in ipsa
 residet dorsi dolor: quoniam extensæ
 sunt uena & arteria inter bina ossa cohe-
 rentia scapulis. Memoranda intentio di-
 ligentiæ, & prouidentia simul, & uniu-
 uersalis rationis. Primoq; dicamus pri-
 mam obseruantiam, quomodo oporteat
 antequàm appareant signa, extrudere,
 & posteaquàm signa apparuerint, discer-
 nere ægritudinem. Secundo confestim
 exturbare. Tertio prouidere oculo & ci-
 lijs & cypselidibus, & quæ in naribus et
 guttu

guttore, & omnibus articulis ne contingat interlapsus improbus. Quarto cōfestim morbū cōcoq̄re ac digerere. Quinto confestim arefacere exanthemata. Sexto, quo pacto oporteat eijcere incrustationes, & squamas & testas. In septimo, quo pacto obliterandæ delendæq̄ cicatrices. In octauo, de uictu & nutrimento eorum qui peste capti sint. In nono, quomodo oporteat uentrem custodire, ne plurimum effluat, & in perniciem tendat. In decimo, signa pacatorum, & perniciosorum. Dicere autem oportet in qualibet intentione rationem uniuersalem cōcisam, & idoneā. Oportet igitur adolescentibus exigere sanguinem, & pueris & iunioribus, qui necdum pesti succubuerunt, uel qui in leuem pestilentiam inciderunt, facilem, & obscuram, magis in prius expressis statibus pestilentibus antequam exarscant, & morbi signa appareant. De trahendus autem sanguis est natis quatuordecim annos, minoribus autem ad mouendā cucurbitulæ, refrigerandæq̄

sunt domus in quibus reclinantur, & cubant. Nutrimento utendū est, quod conditum ex omphacio sit, & aceto maceratis, & congelatis, concretisq̄, & omnino acetosis, & epulis cum aceto & lactucatis: dato quoq̄ aquā de fontibus limpidis, plurimumq̄ frigidis, quæ sit in niue refrigerata. Ea quoq̄ frigida aspergenda domus, in qua mora est. Pro me quoq̄ ipsis suo tempore acida mala, granata, eduliaq̄ acida, & acerbos fructus, & acida mala citrea, & uuam præmaturam, nempe omphaca, & sycomora, & id genus alia. Quod si quis calidiorē natus sit complexionem, & exardescat, succum assumat admodum decoctum, ut prius immittatur ei quarta pars succi acidī mali granati. Si minus exardescat, utatur matutino diluculo farinis cū sacchare, ubi acidum sit alimentum, & lente, & omphace, & in primis acidis malis granatis, quia hæc præ cæteris sanguinē spissum reddunt, ac refrigerant, arcētq̄, atq̄ extrudūt pestilentiam. Omni nanq̄ tempore hic uictus confert statibus pestilen

stilentibus. Imminuit improbitatē phymatum & strangulantium affectionum, ac ut paucis colligam, cunctorum morborum de flaua bile nascentium, & sanguinolentorū ægritudinum. In meridie abluantur in aqua frigida, & in lauacris immerfentur, cōcedaturq; natare, & ibidem sese uolutare cogantur. Vitandum lac dulce, & uinum, cactyli, mel, & omnia dulcia, & calida condimenta, daucia, porcinae carnes, datoq; ipsis cum eorum fuerit calida complexio & humida, & corruptioni accommodata: calida & arida facile ardent, & conflaurant. Tempus pestilēs & improbum, ex dictis agatur medicaminibus. Illis qui habent cōplexiones calidas & aridas exaestuātes, utile est admouere holera frigida & humida, uelut maluam, colocyntham, bliata, lapatha, & tetrangura. Prohibendi sunt ne prorsus uescātur peponibus dulcibus: quod si forte sumpserint, capiant cum ipso statim succum acidorum fructuū. Nutrito ipsos piscibus carne molalibus ex acido lacte, quod acidius & tan

quam ex Creta sanies, ab hoc sapiēte uir-
 ro Rhaze nominatum Raip, corpulen-
 torum, & alborum, et rubrorum cōple-
 xioni adhibendum est refrigerās, & are-
 faciens alimentum, quod nobis sit ex-
 ploratum. Cōmunes uero sint omnibus
 hæ tibi admonitiones, ut labore absti-
 neas, lauacro, uenere, motibus, uersari
 sub sole, & in puluere, & aquam stantē
 potare. Abstinentum à fructibus humi-
 dis, & leguminibus à rubigine uitiatis,
 aut in tabidam putridamq; affectionem
 actis, aut etiam humiditate repletis. Eo-
 rum ciēda aluus est: & si eo fuerit opus,
 succo damascenorum, et sero lactis, &
 sacchare. Arcēdi uero sunt à ficibus, &
 uuis, quia ficus pustulas gignunt, et con-
 gerunt superfluitates intus: inde educūt
 manifestas ad corporis extrema pustu-
 las. At uua flatu sanguinem imbuit, et in-
 tumorem eleuat expeditum, isq; ad ebul-
 litionem fit idoneus, ac ad spumationē.
 Quod si aēr sit admodum pestilens, & ta-
 bidus ac improbus, ablue faciem perpe-
 tuo iure ex rosis. Madefacienda sudaria
 linteaq;

lintheaq; huiusce odoris rebus, & humidis ipsis olfacientibus, & admouenda naribus. Hæc nanq; providētia diligētiaq; admodum utilis est in pestilentijs & aëris statibus corruptis, & euagātibus morbis, deo adminiculante. Infantes nuper editi supra quintum mensem cucurbitu landi, lactendi cum fuerint corpulenti, candidi forma & rubri, uictus alimentī suggerendus in hisce expertis uictibus. Transmutantibus autē nutrimenta dato ex dictis moderata præsentī statui. Memoranda igitur sanguinem densum facientia medicamina, & refrigerātia, & prohibētia putredinē & perturbationē, deo maximo optimo opem ferente.

De præseruatione à morbo anteq̃ appareant signa pestilentie, & quomodo se habere oporteat, ne omnino constituatur, uel ne omnino ad immoderantiã procedat posteaquã signa apparuerint. Ca. V.



Rodest in totum omne acidū ut acetū, & aceto conditū, & lac acidū, inustū. Raip aut̃ ab hoc ipso sapiente lingua eius

uernacula dictum, cum bene fuerit insolatatum, & citrea acida. His autem utiliora quaecunque acerbescunt, & acida sunt, ut omphax & rhus Syriacus, & poma, & cydonia, & acida mala, granata, & cuncta quae sua substantia pinguem reddunt sanguinem, ut zizipha, & lentes, & corianum, & lactuca, capita papauerum, intybūq̄, strychnum, spodium & psyllium. Aliud medicamentum pacans accessionem, sanguinisq̄ tumultum ac febris: utile uero est etiam iecori exusto, excernitq̄ flauam bilem. Rosarum collectarum hexagia 10. spodium hexagia 20. rhu syriaci, & psyllij, lentis purgatae, oxyacanthes, portulacae, feminis lactucae, feminis codiae albae, & papaueris, ana hexagia quinque, sandali albi hexagia 2. & medium: haec suo tempore adhibe matutino tempore quantum oboli 2. cum uncijs quinque succi acidi citrei, aut succi mali granati, aut omphacis, ac similibus. Adiuuat etiam oxyfaccar, hoc est ex aceto facchar ita paratum, pars aceti acris, & partes duae rhodostagmatis

gmatis misceantur, madefiant in his un-
ciæ quinque rosarum foliorum aridorū
purgatorum, etiam unciæ 2. Aegypti
rosarum, & unciæ radicis foeniculi, hu-
mectentur sintꝫ ad treis usqꝫ dies, & ita
excocta cribrato, inde hoc modo immit-
tito sacchar duplum ad acetum, aut etiā
triplum coctumqꝫ in succo psyllij trochi-
scos efficito, & tempore proferas oppor-
tuno instante quantum oboli tres cum
unciā una explicati oxyfaccharis: adiu-
uat autem ad hanc ægritudinem uehe-
menter medicamen ita confectum. Effi-
caciꝫ enim est, ut inspeximus sæpenu-
mero, & experientia compertum est, ni-
si aliquid ab Indis compositum excedat
quod à nobis confectum sit. Ipsi nanqꝫ
Indi aiūt, si quispiam impinguarit apud
nos ex fructibus confectis iam exanthe-
mata nouem edens aut decem nō reddi-
tum iri, quod utiqꝫ apud nos conficitur
hoc pacto. Aceti ueteris acris libræ tres
mali granati succi, & acidī mali citrei, &
omphacis, oxyacantes, succi sycomo-
ri, aspersiōnis rhu syriaci, iuris ziziphi,

aspersioſis lentis, & aspersioſis tarchi,
 ana libra una iniecta in his tribus libris
 saccharis, & cocto quoad in substantiã
 peruenerit succi ex uiolis. Inde sumito
 libram dimidiam spodij albi optimi, dis-
 soluito in mortario puro, deinde ita im-
 mitte ex confecto medicamine iam fer-
 uente, & contere pistillo quoad dissol-
 uatur & commisceatur: ambo cõteran-
 tur ex angurijs resectis, aut ex ligno he-
 deraceo, nisi quod si ex angurijs disse-
 ctis conteras melius est. Eo utere anteq̃
 appareant signa pestilentia, & cū signa
 apparuerint, ut nos admonebimus. Vti
 le id nimirum est in omni sanguinolēta
 & flaua bile abundante, et suffocatrice
 affectione, & pustulis, & eiusmodi ma-
 lis. Hęc ipsa est antequam febris adue-
 niat præ custodia pestilentia. Expellit
 nanq̃ hęc ex accõmodato ad extruden-
 dum, & insuperabiles efficit eos qui his
 utuntur, uel simul difficulter superabi-
 les, ne prorsus mutatio sit sanguinis ad
 secundū statū tēpore breuissimo, cū tu-
 multu, & feruore, & euētu lapsus neces-
 sario

fario in pericula, & metus. Sed cōfestim procedēte tempore, & ultra quo fiat mutatio cōcoctionis nō putredinis, & absq; accidentibus euenientibus, & febribus periculosis, & atrocibus, & perniciosis, & sanguinolentis affectionibus, quod contingere necesse est.

De cura pestilentie. Cap. VI.



Vm autē euidenter contigerit febris, ostētans signa pestilētiæ, nō est utendū uictibus his incōsiderate, sed disquirendū et definiēdū, & mens diligēter adhibēda, quia quod ex hoc parat̄ ingēs periculū est. Sanguine em̄ perturbato, et in tumorē eleuato, & prorsus aucto, naturaq; certāte ad extrudendū excernendumq; omnia superflua foras, ad aliasq; corporis partes, si nō p̄ficit neq; præuenit diligētia ad densandū & extinguedū quæ oportuit ante iniectionē, necesse est in accessionē uenire semel, bis, et ter, & tū nō solū nō erit naturā adiuuās, sed etiā oppugnās, et obsistēs eius actiōibus. Neq; enim possibile est cū uehementer
ferbue-

ferbuerit, & perturbata fuerit, ipsam parari nisi admodum tutis plurimum refrigerantibus, & sanguinē densantibus, ut opio, cicuta, succo lactuæ, & strychni & id genus alijs, nisi sit huius curæ intentio periculosa, quia fortassis fiet omnino sanguinis cōcretio, & insitæ, ingenitæq; caliditatis extinctio. Veruntamen nisi superflue refrigeres, non poteris morbi feruorem extinguere. Et oppugnandus alienus, & tabidus calor. At quæ supra modū refrigerāt, sæpenumero moderatiam excedunt, extinguuntq; insitum calorē. Subijcere itaq; tibi uolo quod non nullis medicis non perspectum est, alijs quidem ex inscitia, alijs uero ex ad artē parcitate, ne periculosa tibi fiat in errore sepulta cura.

Cura pestilentie alia.

CUm igitur uideris signa pestilentie, tenorem corporis, frequentē oscitationem, dolorem dorsi, ruborem oculorum, uehemētem capitis pulsus, & pulsus languentis, multumq; extumescentem, & suspirantem multum, mo-

res

res animæ molestos, & urinam turbidā
& rufam, tactumq; corporis mollem &
calidum, cuiusmodi sunt lotorum, estq;
languens corpulentus & uictus plenu-
dine affluens, uenam seca, & sanguinem
detrahe ad deficiētem usq; animam: fue-
rit autem optimum detrahere ex medio
ancone, aut ex ei hærentibus locis: quod
si nō appareat, ex uena intima: ac si etiā
ipsa non appareat, ex craniaca. Satius ta-
men est si non inueniatur media, detra-
here ex interiore poplite, quia tales ue-
næ trahunt sanguinem ex intestinis ma-
ioribus quæ sunt in aluo plus crania-
ca. Cum autem non sunt hæc signa ad-
modum manifesta nisi ualida, detra-
he paucum sanguinem: at cum mini-
ma, minimum: atque ita profer ea quæ
extinguant febrem, nempe frigida, ut in
niue aquam, & euomentī rursus cedo a-
quam: & cum uideris extinguī quod
placentur febricitantia, accesseritq; ta-
ctus corporis ad naturalem affectionē,
habe talem diligentiam. Extrudes nimī-
rum hinc prorsus tumultum pestilentiae
& access

et accessionem, ualide ut q̄ extinguentia
 & refrigerantia sunt aqua in niue refri-
 gerata, effusim & large data, quoad in al-
 uo frigiditatem persenserit. Quod si po-
 stea febricitet & aduentarit aestus, da se-
 cundo triū librarū pōdere aut etiā plus,
 datoq̄ in hora dimidia. Quod si calidi-
 tas inflectatur, uenterq̄ aqua redūdarit,
 euomat priorē, & rursus dato potū: & si
 uideas subiisse aquā, sudetq̄ languēs uri-
 nāq̄ citet, sit tibi signum euidentem proxi-
 mam esse sanitatem. Quod si non subeat
 aqua, calorq̄ tanq̄ attollens & rursus au-
 gens & exhibēs sicut erat, aut etiā plus,
 mitte aquā frigidā, descendeq̄ ad extin-
 guentia & pacantia medicamina, quæ
 etiā prius indicaui. Sin commode ha-
 beat languens, & cōminuatur & purge-
 tur morbus, adhibeto hoc pacto educ-
 tionem. Sin inter lapsurā uideas aduentan-
 tem improbam, & euitat, admodūq̄ fert
 difficulter languens, & hæc molesta con-
 tinet, noris esse necessariū turbari & ex-
 citari pestilentiā & eulogiā. Ideo expedi-
 tū ab huiusmodi uictu absistere, & stude-
 re

re opē ferre naturæ ad excernēdū & ele-
ctandum superflua, ut nūc ego subñciā:

*Quomodo opem ferre naturæ conueniat ad
expellendam pestilentiam ex cor-
poris superficie. Ca. VII.*



Loueto ægrotantē indumen-
tis, & reclinato in domo non
nimis frigida induendo prius
tuniculam plenam, uinciēdo
circa collū tuto, atq; ita absorbere aquā
frigidā paulatim iube, magisq; cū febris
multū cōcocta fuerit: nam frigida si pau-
latim absorbeatur, sudorē elicit, & con-
tendit, & adiuuat foras extrudere super-
flua ad corporis superficiem. Inde aquā
feruentem immittendo aulis puris, adhi-
be unā aulā ante, & aliā pone ut reduca-
tur uapor per totū corpus præter solā fa-
ciem, ut rarescat corpus atq; ita difflet su-
perfluitas. Flare autē expedit languenti
suauē aërem & frigidū. Ita sanè ægritu-
dinis curā habebimus: nec solū facile ex-
trudentī superflui, sed etiā uires custodie-
ris: nec est inuenire aliud melius, & com-
modius hac diligentia. Expedit in super-
refria

refricari & calefieri aqua calida, ut diximus: quia balnea & cisternæ, & spumæ maris, molesta tali sunt affectioni, calefaciunt namque immoderate, viresque distrahunt, ut exanimetur ægrotus: syncope autem aduentante exercetur in sese, ac per se natura cunctaque alia floccificando, tutus efficitur languens, præsertim si ualide & iugiter in syncopa exanimetur. Nec ullum est signum euidentissimum in hac parte abolitionis, uel alternatim deficientis animæ. Ostendit namque cohiberi & sauciari vires. Ita uero hoc facto fortassis has perturbabit superfluitas, & extinguet. Non est igitur sinenda humiditas post factam in corporis superficie calefactionem, sed abstergenda diligenter, & arefacienda. Hæcque sunt facile extrudentia superfluitates, cum debilis natura non fuerit, atque imbecillis, et redundantia crassarum partium, & quæ difficulter excernatur. At cum fuerit febris mitior quodammodo, atque pacatior, & languens afficitur, et difficulter fert, & difficulter excernitur pestilentia, etiam
cum

cum tarditate, post quintū diem uti necesse est medicaminibus excludentibus. Hæc sanè petulanter, ac proterue proferenda non sunt, sed selectim, & consideranter, quemadmodum diximus, cū de extinguentibus loquebamur. Iam error in hac parte, licet nō æqualis illi priori, ueruntamen ipse quoq; ingens: ob hoc talibus non est inconsiderate utendum, sed instandum priori diligentia, quādiu tibi spes fuerit, quod secunda nō egeat, præsertim si febris fuerit imbecilla, quæ admodum foris, ita & intus. Hoc planè cognoueris ex pulsu, & spiratione, si cæleris non sit, & magna, & densa, & tanquam non in duplicem additionem, uel maiorem qualitas febris perueniet. Considerato autem, si etiam non in perniciæ uehementia caliditatis abigat languentem. Quod profecto tibi erit manifestū. si compares præsentem febrē cum alijs febribus, quibus languens detentus affligebatur, uel alia aliqua languentis cōplexionem & habitum attenuans. Hæc si ita percurreris, liberabitur morbo lan-

66
 guens. Vtere porrò his, si inspicias turgens
 batum, & accessione uexatum, & ad su-
 perficiem excretū, an clementer habeāt
 pedes, an dein bene habeat pulsus & fla-
 tus. Nam si uideas cū tarditate excerni
 ad superficiē corporis, ueliscō in tali affe-
 ctione admouere admodum extinguen-
 tia, obsistere uideberis naturæ, & eius
 impedire actionē. Sin cōtigerit postea
 quæ extinguant affici languentem, &
 difficulter ferre, antequam hæc contin-
 gāt, noris quod tibi erratum sit. Sin etiā
 pulsus cordis adhuc, iridemq; delictum
 erit. Ideo statim rarefacienda cutis, ut di-
 ximus, & proferendum in aqua calida
 decoctum marathrum, & apij semen, &
 quæcunq; mox indicabimus, ad expel-
 lendam pestilentia iuxta proportionem
 caliditatis imbecillæ, & calefactionis: at
 sicut languentem inspexeris, siue procli-
 uiter fert augmentum huius, siue non, ut
 pauloante tibi significauī, utq; animada-
 uertis, ita in hac parte facito. Ficus
 aridas liuentes 30. uuas aridas sine inte-
 riore grano uncias duas mitte in aquam
 librarū

librarum trium, leniter ebulliat, quoad liquefiant, & profer languenti ad libræ dimidium tribus prolationibus, fove prius indumentis calefaciendo, ut diximus.

Aliud adhuc potentius: Semen apij & foeniculi, & ex iure demonstrato prius coquendo in testa, quoad ius rubescat, & cribro purgando, profer quantitatis unciarum trium.

Alterum ita compositum: Rosarum uerarū obolos tres, lentis expurgatæ obolos tres, ficus liuidas numero decem, tuas aridas albas, absque internis granulis obolos duos, tragacanthæ obolos duos, lachan purgati & abluti hexagia duo, marathri, & apij seminis, ana obolos tres, aquæ libras 2. excoquito quoad peruenerit libra una, & cum defecaueris, potandum præbe quantum libræ dimidium cum xylococcorum 2. & mediam croci bis, aut etiam ter inurgente

necessitate. Iam prouidenti

am memorabimus, in

quibus prouidendum.

dendū.



LXpedit cum signa pestilētiæ apparuerint, oculi prius curā habere, deinde gutturis & nasi, ut nunc ego dicam. Forte compellemur & ir & pelmatis, quia hæc dolere contingit, non mediocriter curā habere, quod difficulter excernatur pestilētia, & propter pellis duriciem in eis locis, intringe oculū, simulatq; signa pestilētiæ apparuerint, ex rosarum iure sæpe, & postea faciem ablue aqua frigida sæpe quotidie, & asperge ex ipso oculū: at si est pestilētia mediocris & obscura, sufficiat tibi hæc diligentia tutelæ causa. Nam obscura & mediocris pestilentia, exiguamq; habēs materiam, rarius exoritur in oculo, tum sanè admouēda sunt admodum stabilientia oculum, cum in principio uideris ingentem accessionē, & prurimum ingentem ciliorum, & ruborem oculorum, & quibusdam in locis ruborem: quia necesse est proferre ex phymate in rubētibus locis, quæ ualide stabiliant,

biliant, rosarum instillationem cū rhoë
 syriaco irrorato, asperfoꝝ. Quod si ad-
 huc magis uelis roborare, conterito ce-
 cidia cum rhodostagmate, & tlemmata,
 quæ tuniculæ interiores sunt acidi mali
 granati, masi, pinsito, aspergito, cilia il-
 linito, ex collyrijs compositis ex glaucio
 & acacia, et aloë, æquis partibus, & quā-
 ta illorum sit una, appone, & uelut par-
 tem decimam horum unius croci instil-
 la, & ex hoc in oculum. Quod si uideas
 redundantem hanc esse materiam, & ue-
 hementem, & multum flauētis pestilen-
 tiam, & moueris, esse necessarium educi
 in oculum, id omnino cognoueris, ex
 quibus perspexeris, ut ruborem albugi-
 nis oculi, & insolentiam, & excellentiā,
 & inspicias intincta in ipsa ne quid pro-
 trudatur, sed solum pacatum reddat &
 redeat rursus, quemadmodū erat prius,
 uel etiam uehementius, permitte ea & in-
 stillari ex pane cōfecta. Pestilentia quæ
 adducta in adhærenti uisum tristitia nō
 irritat. At quæ exorta est in ceratoide è
 regione oculi contra aspectum consti-

tuitur, quo etiam uisum abscondit iuxta proportionem crassitudinis & tenuitatis. Post id uero proferre oportet ualide purgantia & abstergentia, ueluti significabimus. Et forte perficiēt, aut nō; nam si crassa fuerint in corpore & dura, & in senescenti ætate, aut etiam ut plurimum effloruerit rhagoide instillato, ipsi ex ostenso collyrio, posteaquàm ex ipso crocum abstuleris, & partem apponas ex hæmatito, ac sæpius in die instillato, & clemēter reuincias oculum. Et hæc quidem te scire oportet ad oculi prouidentiam; deinde ita expedit curā habere gutturis & oris, ne pullulent in ipsis phymata & pustulæ, & spiritū prohibeant; quia sæpe cōtingit in pestilētia, ut languēs in affectionē suffocantē pueniat, ideo oportet ante hoc adhibere diligētiam; nā cū affectio suffocationis aduenerit, neq; salutis spem habebimus, neq; curā. Oportet nāq; simul ac signa apparuerint pestilentia, lāguētē gargarizare succo acidī mali granati, aut aspergine rhois syriaci, aut succo sycomori, aut aliq̄bus eiusmodi,

ex

ex quibus ostēdimus fieri cū ptulimus ex
 tinguētia. Quod si quippiā lædēs nō ad
 sit, aqua pura frigida. Frequenter uero
 in die id fiat, ut ex duobus sit unum, aut
 prorsus nō pullulabit quidpiā in guttu-
 re, aut per pauca fuerint pullulantia. Nā
 roborata talia loca fient minime idonea
 ad excipiēdas supfluitates, & ex quibus iu-
 re fit suffocatio. Hæc planè sunt euidēti-
 ora: quando cū alijs signis uoces fuerint
 raucidæ, & spirandi habuerint difficulta-
 tē, grauius rauescant, morsumq; in gut-
 ture habeant. Cū igitur hæc uideris im-
 pēse ita facta post turbationē et accessio-
 nē totius pestilētix, seca cranaicā uenā.
 Quod si læsionē solā adducit & nō perni-
 ciē, neq; suspexeris ægrū strāgulari, ne-
 que uehementer cōflagrare, pfer succū
 psyllij et amygdalæū & sacchar, ita cōfe-
 cta: sit pars una purgatarū amygdalarū,
 & partes duæ seminis colocynthes, &
 saccharis partes tres coquendo profer.
 Quod si uēter excernat, profer gūmi ara-
 bicū, & semē tetrāguri, et catastatū, &
 succū cydonij. Ita curā habe articulorū,

ne forte in ipsis pullulet pestilentia immoderata & atrox, & hæc absumat & patefaciat ossa, & tenantes, et coniunctiones, & perinde aliquid admoueatur ad istorum ut diximus, curam. Illinito hæc sandalo, glaucio, bolo ammoniaco, & rosa, & aceto, et rhodostagmate. Illinito non admodum longe ab eis particulis: quod si plurimum pullulabunt cohibendo, effunde hæc in ipso, & ne excedat aut proferatur tempus sciendo periculū esse excessus in hac parte non contēnendum. Post id prouideto naso & auri, ne putredo multa in ipsis exurgat, & languentē offendat, magisq; si in aure pullularit. Expedi igitur leuigare marmor cum aceto, & collyrio confecto ex glaucio, & crocolyto, & in aurem immittere bis aut ter in die. Quod si in pelmatis quæ sunt dorso plantarum pedum, fiet pullulatio, plurimum attere hæc ex oleo tepido in rigentibus, & calefacito in aqua calida. Si dolor non cesset, neq; procliuiter expellatur pestilentia, contundendo sesamum purgatum, & madefaciendo

ciendo in lacte, hæc loca illinito, & in lin-
teo ligato noctem perpetem, inde hæc
aufer, & calefaciendo in aqua calida, illi-
nito iterum, ac si uelis dactylos contun-
das, & in butyro irrigans illinito, aut in
limo seminis sesami, quia hæc et talia cu-
tem mollificant, & procliue reddunt ex-
crementum pestilentia, dolorēq; sedāt.

De celeri concoctione pestilentia. Cap. IX.



Emoremus itaq; quæ celerius
scule pestilentiā concoquāt.
Cum uideris pestilentiam cū
pullularit sero excoqui, & lan-
guentis affectionem bene habere, & fla-
tum et pulsum moderatum, & commo-
de habere languentem, tum expedire sci-
to adminiculari, & quam celerrime con-
coquere. Sin uideas hæc scabra, quales
sunt uerrucæ, & languentis affectio non
bene habet, ac in additamentum au-
gmētumq; malū tendat, ne moliaris opē
ferre concoctioni, quia fieri non potest,
pernicioso existente statu pullulatus: sin
clemens sit, calefacito in aqua calida ibi-
dem excoctis chamæmelis, melilotis, al

tha, uiolis & frumentaceis furfuribus, et in aula admooue, ut prius diximus. Abstinentiū autē est à principio, & hocce tempore à cunctis arefacientibus, & fumo, quoad concoctio fiet idonea: deinde de tractandū ab omnibus quæcūq; sunt magna & immoderata: arefacitoq; in ipso fluxibile in putrido bambacio puro, fumumq; admoueto exhalantem ex folliculo amygdalarum aridarum, aut myrti aridæ, uel rosæ foliorum aridorum, aut sandali, aut irini foliorum, nisi quod rosæ folia in tempore æstiuo sunt meliora, quemadmodum in hyeme glechonis. Quod si superfluat fluxus, immitte dissolutā rosam, aut farinā oryzæ, aut farinā milij in linteum tenue & rarum, inclinādo languentem in ipso. Si forte deliciosum fuerit languentis corpus, cubile facito ex lilio, & spargendo in ipsum lenimenta ex bolo & myrto confecta, inclinato. Quod si corporis pars fuerit lacerata, spargito uerum lenimentum ex aloë, & thure, & crocolyto, & draconis sanguine comparatū: & si per se disrumpan-
tur, ea

tur, ea arefacito: si minus solito sale hoc pacto, olei uncia una, farcimen gangrænum hexagia 2. terendo diligenter, dein ita miscēdo æque obstrue, absterge totū corpus in his præter lacera loca: exhulceratis nanque hæc medicamina non sunt admouenda, ne ualide dilacerent. Illinendo autem ad horam unam, & ex aqua excoctū chrysobalano & myrti cortice, & malī granati folliculo abluere: ac si cōsumbūt ista, esto: sin minus, capiendo bolum album, qui nequaquam habeat ruborem, & ueluti decimam partem farciminis gangræni dissoluēdo diligenter, cū obstructione illinito, ac ad binas usq; horas finito, inde abluito.

Ad arefacienda concocta pestilentie. Cap. X.



Um perfecte exaruerint, & reliquæ in corpore permanserint, cōsiderato quæcunq; sunt horū tenuia, & impese arida, & humiditatis expertia: & instilla in ipsis sesami oleū tepidū semel & bis et in ceptis, quoad remollescat, & p se excoquatur.

quatur. Hæc nimirū in facie nō expedit in ipsis, sed in pistacino oleo. Sin humectationem habeant, clementer abra de absq; aliquo oleo. Si uero non admodū sit humidum subter eiectam escharā, absterge in marcido bambacio, ut dictum est. Quod si humidū sit, sparge lenimentum uerum capiendo myrrhā, uel aloēn uel thus, uel horum aliqua, & dissoluen do, & dilatando infunde ei, & magis si comminuta sint, & uelut absterfa, & si ne quoad pullularit altera crusta, quoad plana æqualiacq; sint corpori, et non absterfa adhibe obstructionē, & farcimen. Sin arida sunt, ne adhibe quicquā, quoad per se exciderint.

Quo pacto oporteat purgare crustas, & escharas pestilentie. Ca. XI.



IN duobus locis exoriuntur cicatrices, aut in corpore, aut in oculo. Oculus igitur caligat & albicat; corpus autem custodit cicatricem, cum fuerit molle corpus et tenuis cutis. Vnde sunt difficulter curabilia, tamen memoranda cicatricosa, &

& putrescentia. Sunt igitur nitrum, granum, farcimen, tzapericum, adarce, cancer combustus, struthium, nycteris, hæmatites, iarin, sacchar exustum, limus aceti-exustus, myrrha, muscus: hæc optima sunt si proferantur post balnea, utere horum mollibus ad molliora corpora, & præsertim in mollibus et humidis corporibus.

*Quomodo delende cicatrices ex oculo
& toto corpore. Cap. XII.*



A Deijciendum alborem ex oculo, sacchar, et stacocoletum. Alterū efficacius, Iarin obolos 7. myrrha, scordalazarum, harmoniacum, stacocoletum, ana hexagia 2, adarcen, et nitrū panem, ana obolos 2, amorum obolos 7. mamerā obolos 7. excoquatur in aqua libra una, uel etiam plus quoad liquecant, & crassescat aqua: deinde dissoluito in ebena quoad capiāt concretionem, et suo tempore in melio adhibe oculo. Post id effunde mollia lenimenta. At si uideas rubescere oculum, finito hanc curā, & reijce

ijce in aliud tēpus, quia admodum uā
 lida est, et rursus admoue. At cicatricātia
 totum corpus sunt hęc, lithargyrus ex
 albatus, radix arida calami, ossa dissecta,
 sandali segmenta, costorrhizum, staco
 coletum, amygdala amara, carpobalsa
 mum, raphani semen, peponis semen,
 farina fabacia, et oryzæ, et lupinorū, &
 fasellorū: hęc omnia coquēdo ex aqua
 inspersa oryza, aut ex succo & illinien
 do, contere. Aliud.

F Arinæ fabæ & ciceraceæ ana, oboli
 2. semen peponis oboli 3. lithargy
 rum exustum hexagij dimidium, radicis
 calamorum aridorum hexagia 2. Hęc
 omnia ex succo dissoluendo illine alter
 natim, uel per balnea, uel posteaquam
 euaporatus, & calefactus fuerit æger, in
 aulis plenis aqua calida. Quod si etiam
 lotus fuerit, excoquātur aqua calida cor
 tex peponis & uiolæ aridæ, & pityrum,
 & cicer, & contere diligenter. Alterum
 adhuc potētius, farina fabaciæ oboli 3.
 piperis obolus, cardami seminis oboli
 2, lithargyri exalbati oboli 2. immitte
 etiam

etiã radiculae succũ, illinito, & hæc quia
dē sunt cicatricosa. Quod etiã si delere
uelis cavitatē, & æquale corpus efficere,
adhibe saginantia, & iugiter ablue, & di-
ligenter frica.

*De uictu & alimento eorum qui capti
sunt pestilentia. Ca. XIII.*

FXpedit igitur his exhibere ius
diligenter excoctũ, si febris pa-
cata quodãmodo & mitigata,
& uenter nō excernit cū gratia. Si uero
uehemēs fuerit calor, & uenter fluat, im-
mitte & dimidiũ ius mali granati cū gra-
no ipsius contrito. Veruntamen uita in-
ternas tunicas malorũ punícorũ, & car-
tilagines, utpote subigentes. Quod si uí-
gilax est languens, immitte etiã ius ptisa-
næ, & ferè horũ dimidiũ codij. Quod si
multũ excernit uēter, æqualia iuris sint
& ptisanæ, itidē æque et granũ acidi ma-
li granati & codij, hæc coquēdo, aut sub-
ito pfer purũ, aut cū spodio: sin cogāt q̄
uēter sit admodũ dissolutus, utere demō-
stratis medicaminibus. Eñ uero etiã ius
cōmixtum succo acidi mali punici iuuat
pestilen

pestilētem, præsertim captum eulogia. At colocynthes succus, & peponis indi-
 ci, et tetranguri, & succus psyllij, et quæ
 talia, gignunt pituitas prontas et illita,
 plus tamē eulogiam adiuuant quàm pe-
 stilentiam, nisi quis improbitate pestilen-
 tiæ confidat et ualida caliditas cum uigi-
 lantia. Clementer uero delatæ pestilen-
 tiæ nō expedit petulanter hæc proferre;
 quia hæc perimūt morbi tēpus, ipsumq;
 non excoqui sinunt. Ideo iuxta propor-
 tionem morbi, et ad inspectas affectio-
 nes redire oportet: nam pestilentia ex
 humiditate factæ et incensæ à caliditate
 putrefacta, oportet exhibere cum refri-
 gerantibus arefacientia et densantia, ut
 succum mali granati acidi, et omphacis,
 et id genus alia. At eulogia constitutæ
 ex bile admodum imperitante in sangui-
 ne, exhibere confert cum refrigeranti-
 bus humectantia, ut cohibeatur corru-
 ptus sanguis in eulogiam labentis. Assi-
 milatur uero stanti aquæ, et excretã ta-
 bem habenti, et diffianti tenuitatem sole
 coquente, et exugente. Hæc in magnã
 uitio

uitiositatē actō in aqua cōcreta pluuiā,
uel etiā confluēti, & potu transmutato et
uendicato. Iuuat autem pestilentia affe-
ctum, & farina subacta cū sacchare, tam
ad cohibitionem, quā motum uentris,
& ad auctionem caliditatis, & imminu-
tionem. Succus tamen melior est pesti-
lentibus: quia procliuiter ingreditur, &
confert gutturi & thoraci. Et iuxta pro-
portionem facit: posteaquā noueris
quod succus cōferat capto eulogia, aut
pestilentia, nisi sit quæpiam admodum
atrox pestilentia. Si ita habeat, adhibe
purgatam lentem cum succo mali puni-
ci acidī. Iuuat autē hos etiam farina len-
tis cum aqua frigida. Noris etiā id aquā
frigidam conferre eulogia captis: & mi-
nus periculosum est his, quā pestilen-
tia affectis, & casus improbus his nō ad-
uenit ex aquæ usu. Veruntamen cum uī-
deris pestilentem ardentem admodum,
& dense flantem, & pulsitantem, utere
diligenter extinguentibus. Sin parum,
utere paruis: sin multum, multo utere.
Volucrē ne dederis comedendā, quos

ad ipsiſ redieſit pulſus, & flatus ad natura-
 ralem affectionem, & exareſcant, & exa-
 cidant ſquamæ.

*De diligentia uentris aſtricti in peſtilen-
 tia. Cap. XIII.*



VEnter ut plurimū excernit in
 hoc ſenſcēte morbo, magiſq̃
 in eulogia. Verendum igitur
 hæc proferre, quæ ſubducant
 ad morbum uſq̃. Et ſi quammaxime ari-
 da fuerint, ſi opus ſit in principio, & ſe-
 neſcente morbo profer. Alterum quidē
 ob excedentem caliditatem, & capitiſ
 pulſum; alterum autem, ut natura leue-
 tur onere, & morbi materia minuatur,
 cum uēter plurimum coartatur, & aſtrin-
 gitur. Idq̃ coniectaueris omnino, ſi cor-
 pus ſpectas ante ſanguiniſ detractiōē,
 aut poſt detractum ſanguinem, ſubmiſ-
 ſum & inualidum, ſed turgētem & erum-
 pentem, & exceptum cum albore & ru-
 bore leui, & febris imbecillitate, ſit que
 pulſus undoſus. Si hæc omnia conueni-
 ent, opus nō erit ſanguiniſ detractiōē,
 ſed humiditatiſ ſoliuſ educiōne. Hæc
 cum

cū apparuerint, signa sunt, & corpulenta scateat, & pallidus, & rubore carens, & febris imbecilla, tunc confert chryso-
 balanum solum excoctum cum saccharo, et succo mali granati acidi contusi cū
 ipsius tuniculis: quia hæc duo medica-
 mina auferunt multam humiditatē cor-
 poris citra aliquam caloris excitationē,
 impensiusq; mali granati succus. Eis au-
 tem qui lapsi in eulogiam fuerint, pro-
 fer succum damascenum humidum cū
 iolepo. Tricyminum autem ne superim-
 ponas epithema: quia in huiusmodi ægri-
 tudinibus hæc offendunt quæcunq; ex
 melle complexionem calidiores, & hume-
 ctiores. Nam oblædunt & uellicant lan-
 guentem, nauseamq; intendunt. Quem
 admodum confert sanguinis detractio
 talibus: quia pacari aliter spes nō est. Vnū
 quidem quod leuetur, fiatq; leuior natu-
 ra ex affluentia, & ne habeamus suspi-
 cionem, ne æger suffocetur. Alterum,
 quod auferatur plenitudo & tenor ue-
 narum, & arteriarum, factus necessa-
 rio post atroces casus. Ita nimirum exa-

cernere oportet in principio eulogiae humorem aliquem biliosum plurimum redundantē, dein ita admouere extinguentia cōmode. Hinc utiq; cognoueris, cū uideris ualidam inflammationē, & oris amaritudinē, & uomitum. At cum hæc non sunt, cognoueris non esse quantitatem multam: at cum differens erit, & exsiti fuerit æger, neq; excernat per uomitum, est minus atrox iuxta proportionē & ad calefactionem uentris in principio harum duarum ægritudinum. Cum uero uenter excreuerit, pro succo profer farinam, cum his coquendo etiam farinā mali granatī acidi. Appone cum his et pauculum gummi arabici, & spodium, terendo prius diligenter ut testam. Rosam selectam ueram, spodium, citrei acores, psyllij semen, rhun syriacum, oxyacantham, pauculum gummi, arabicum bolum, corticem papaueris, codium dictum, ex omnibus æque & domesticam rosam, hepyorodum, ut sit pars eorū dimidia, & bina hexagia profer, succū cydonij simplicis & acidi. Quod si adhuc
subdu

subducitur uēter, & hæc non astringūt, profer rhaipi, hoc est sæculentum acidi lactis, cum tosto pane, & pauculo gummi arabico: quia ut plurimum pluribus uentris aduenit profluuium, & perinde inspectis affectionibus curas profer.

De clementibus & atrocibus pestilentijs. Cap. XV.



Empus igitur iam commo-
net, ut de clementibus & atro-
cibus dicamus pestilētījs. Hæ-
binæ ægritudines, quæ sunt
acutorum morborum, hac de causa com-
munia signa præoccupant, perniciosas
inquam ægritudines, & clementes, ut
animæ mors, & cōfirmatam habere ani-
mi sententiam, & commode spirare, nec
non gaudibunde & exultanter concupi-
scere mansa cibaria, & facile & procliui-
ter moueri, & pulsum bene habere, &
ægrum morbum contemnere, & bene
procumbere, & sensim in somno circum-
uolari, & id genus alia, ex bonis signis
& contrarijs, quorum pauca quædam in
hac tota compositione significauimus.

At peculiarīa binarū agritudinum hæc sunt, alba pestilentīæ excremēta, & calīda, & īgentīa et distributa. Et pauca iuxta mensurā, & facile excreta, citra largam febrē, utq; absit mœror, & agrefe-
rendi labor. Et cum cessauerit æger excernere ex cunctis morbis, & cum post omnifariam pullulationē cessauerit, & prorsus etiā conquiescit æger, nullo reliquo immanēte aut perturbante affectu, mitiorē ac minorem delapsū habet, & per alba & magna, licet sint multiplicia & collecta, non solū si facile excernuntur, & si post excretionē procliuiter habuerit æger, neq; mœret, neq; caliditate redundarit, etiā hæc sunt clementes agritudines. Si uero albæ sint, & facile excernuntur, etiā post excretionē non facile æger habet. Mediocriter quodammodo habent, & in utrunq; momentū in lance sunt ancipiti: nam improba candida cū fuerint continua, & alia in alijs, & cū explanantur, ut horū multa sint unū. Et cū circulus horū regionē multā cohibuerit ex circummeāte corpore, & species ue
lut

lut pinguedinis & adipis, & admodum parua alba uelut uerrucæ humore uacua sunt improba, & eatenus quatenus difficulter quoque excoquuntur. Impensiusque si difficulter ferat æger post excretionem. Quod si etiã perduret morositas & affectio languentis tantum, ut ad extremam perueniat excretionem, est perniciosum: quæ aut uiridia & uiolacea et nigra, cum cetera perniciofa. Quod si cum his contingat nauseare ægrum, & corde laborare, adhuc deterius ac ad interitum procliuius. Quod si febris augeatur post excretionem, pestilentia est atrox: si uero purgatur, est clemens morbus. At pestilentia ex secundo resuscitata, copiam arguit materię: ac si est generis clementis, spes est salutis: sin atrocis, metus est atque suspicio interitus. Clemetior utique est eulogia, quæ non habet ruborem ualidum. At pallida, perniciofa: ut uiridia et uiolacea, perniciofa. Et cum duæ species hæ uelut absterfæ. & non apparentes, ac obscuræ, & rursus immittentes perniciem. Cum uero contigerit in his etiã nauseare et mœrere, cõsequatur illico syncope necesse

est, atrox & celeris, nisi quicquam sit ex reliquijs. Cū autem pullularit pestilentia, à qua ardor succendatur, ex primo inquam die, noris tum facillime moueri & exuscitari. Sin ad tertium usq; peruenit, imbecilla fuerit: si in diebus crisis pullulabit, inter clementes est deputanda, magisq; si erit diu æger affluens in ea. Rursusq; cum inceperit pestilentia cōtineri, & late profundi, atq; explicari largius, & æger uehementer mœrere, & turget uenter, mors proxima est. Cū uero hæ duæ ægritudines aliquādo quidam euanescent, aliquando autem comparent, & mœret usq; quaq; æger, sunt perniciofa. Et si utcunq; etiam contigerit, in colore, nisi rariuscule in albis inspiciantur delirium & mœstitia. Cum uero passim pestilentia contigerit uehemens dolor in brachio aut manu, aut in parte alia, & subuicidus uel ater apparuerit ægrotantis loci color, & succumbant uires, & augeatur dolor, est perniciofa. Sin uires robustæ conseruentur, nisi cū ad tabem peruenit pars languida. Sin
 æger

æger aliquantulum sit ualentulus, & cō-
 tineas ipsum à principio, iuuabis pluri-
 mum, & à putredine liberabis; quia non
 expedit in talibus affectionibus mem-
 bro admouere refrigerantia, sed è duo-
 bus alterum facere, aut utendum scissio-
 nibus ac lacerationibus, ut diximus, aut
 in aqua calida exhauriendus, cum inspe-
 xeris agrotantem passim procliuiter ha-
 bere. Memorauimus denique causas &
 morbi accidentia, & curæ eius custodiã
 in primis habendam, reliquum
 nunc est ut dicen-
 di finē facia-
 mus.

Rhazæ de pestilentiã, Georgio Val-
 la Placētino interprete finis.

90
P. GILII BELGAE.

*Credite nunc Samijs mortales, credite dictis,
Quod rursus animæ corpora uiua petant.
Nec uos tam Calabri doceant hoc carmina Vatis
Mœonidem Quintum, quem sua Musa canit,
Quàm modo qui Graius superûm conuexa reuifit,
Galenus Medicæ nobilis autor opis.
Phœbus amat Latium, Phœboq; iubente Galenus
Manardi doctum pectus, & ora gerit.
Hæc Leoniceni detracta est gloria fati,
Sit licet in summis clarus & ille uiris.
Vni Manardo, reducis doctrina Galeni
Influit, & cunctis unius ore patet.*